Textus Sententiar̃

Cū conclusionibus magistri Henrici Gorichem ⁊ concordantijs Biblie ac Canonum: necnon in principio singularū distinctionum vtilimis summarijs: diligentissime iam primum appositis. Item errores quidam Parisius reuocati: ⁊ articuli in quibus Magister communiter non tenetur. Item registrū totius libri.

Papa ~~habet~~ est maior concilio in potestate iurisdictionis, sed in potestate determinationis est equalis concilio, contra, papa non est capud ecclesie ergo non est maior potestate iurisdictionis. probo antecedens. ecclesia est corpus Christi ergo ecclesia non est corpus ~~[illegible]~~ gregorii. ergo papa non est capud ecclesie. distinguo non est capud principale concedo, est capud non ministeriale nego.
contra esse capud ministeriale est minor ergo papa est minor ecclesia, probo consequentiam minor est qui ministrat quam qui recumbit. ergo extentum, distinguo ... minor est qui ministrat quantum ad exercitium concedo, in quantum ad potestatem exercendi nego.

Potestas iurisdictionis est in cardinalibus et episcopis et in ecclesia extensive non autem est intensive.

Incipiunt Rubrice libri primi.
Distinctio prima.

Omnis doctrina ē de rebus vel de signis.
De reb' qb' fruēdū ē vl' vtēdū ⁊ de his q̄ fruunt ⁊ vtunt.
Quid sit frui vel vti.
DI. II De trinitate ⁊ vnitate.
Que fuerit ītētio scribētiū d̄ trinitate
Quis ordo sit seruādus cū de trinitate agitur.
De testionijs veteri testamēti q̄ b' trinitatis misteriū declarat
De testionijs no. te. ad idē ptinētib'.
DI. III De cognitōe creatoris p creaturas ī qb' trinitati vestigiū appet
De imagine ⁊ siītudine trinitatis in anima humana.
De siītudie creāti ⁊ create trinitatis
De trinitatis vnitate.
DI. IIII Utꝝ de' pr̄ se deū genuerit.
Utꝝ trinitas d̄ vno deo p̄dicet̄ sicut vnus deus de tribus psonis.
DI. V Utꝝ diuīa essentia genuerit filiū vl' gēita sit a pr̄e: vl' de ipa nat' sit filius vel spūsctūs pcesserit.
Q filī' nō ē d̄ nihilo sꝫ d̄ aliq̄: nō tn̄ de materia: sic ⁊ spūssanctus.
Quare vbū pr̄is dicat̄ filius nature.
DI. VI Utꝝ pr̄ volūtate gēuerit filiū an necītate ⁊ an volēs vl' nolēs sit ds
DI. VII Utꝝ pr̄ potuerit vel noluerit gignere filium.
An posse gignere filiū sit aliq̄ potētia in pr̄e q̄ nō sit in filio.
DI. VIII De veritate ac ppetate diuine essentie
De incōmutabilitate eiusdem
De simplicitate eiusdem
De corpali ⁊ spūali creatura: quō sit multiplex ⁊ non simplex.
Q de' cū sit simplex: tn̄ multiplex d̄r.
Q dei simplicitas nulli p̄dicamentorum subijcit̄
Q deus abusiue dicit̄ substantia
Q non est aliq̄d in d̄o qd̄ nō sit deus.
DI. IX De distictiōe triū psonaꝝ
De coeternitate patris ⁊ filij.
De ieffabili ⁊ īītelligibili gn̄atōis mō
Utrū debeat dici sp gignit̄ filius vel semp genitus est.
De obiectiōib' hereticoꝝ nitētiū pbare filiū non esse coeternum patri
DI. X De spūsctō q̄ amor pr̄is ⁊ filij ppe d̄r cū sit ī trinitate amor q̄ ē trinitas: sic vbū ppe d̄r sapia: ⁊ tn̄ tota trinitas dicit̄ sapientia
Q eadē noīa ppe ⁊ vniūsalit̄ accipiūt̄
Q spūsctūs sic pr̄i ⁊ filio ē cōis: ita cōmune nomen habet pprium.
DI. XI Q spūscūs pcedit a pr̄e ⁊ filio quē tn̄ greci a filio pcedē diffitent̄.
De ꝯuenīetia latinoꝝ ⁊ grecoꝝ in sensu ⁊ differentia in verbis
DI. XII Utꝝ spūscūs pus vel pleni' pcedat a patre q̄ a filio.
Q spūscūs pncipalit̄ ⁊ ppe d̄r pcedere a patre.
DI. XIII Quare spūsctūs cū sit d̄ sba pr̄is nō dicat̄ genit' sꝫ tm̄ pcedēs.
Cur filius dicat̄ pcedere cū spūscūs non dicat̄ gigni
Q nō pōt mortal' distiguē int̄ gn̄ationem filij ⁊ pcessionem spūsancti.
Utꝝ spūsctūs debeat dici ingenitus cum non sit genitus
DI. XIIII De gemīa pcessiōe spūsancti tempali ⁊ eterna
Q non solū dona spūsctī: sꝫ etiā spūs deus dat̄ hoībus ⁊ mittit̄.
An viri scti possint dare spm̄sanctū.
DI. XV Q spūscūs a seipo dat̄ ⁊ filius q̄ a seipo mittit̄.
Quō intelligenda sit missio vtriusq̄
Q a spūsctō etiam filius sit missus.
Q filius etiam sit datus a seipo.
Quō ītelligēdū sit illd̄: a meipo n̄ vēi.
Utꝝ semel tm̄ sit fili' missus: an sepe.
De duobus modis missionis filij.
Q fm alteꝝ modū sel' sit missus: fm alteꝝ sepe: ⁊ fꝫ alteꝝ modū d̄r missus in mundum: fm alteꝝ non.
Quare pater non dicit̄ missus.
Q filius ⁊ spūsctūs nō sunt q̄si minores patre quia missi.
DI. XVI De missiōe spūsctī q̄ fit duobus modis: visibilit̄ ⁊ inuisibiliter
Q filius fm q̄ hō nō mō pr̄e sꝫ spūscō etiam minor est.
DI. XVII Q spūscūs ē charitas q̄ diligimus deum ⁊ proximum.
Q supna dilectio ē de': nec pr̄ vel filius sꝫ tm̄ spūssanctus
Q nō ē dictū illd̄ p cāz: de' charitas ē sic illd̄: Tu es patia mea ⁊ spes mea
Quō spūsctūs mittat̄ vel det̄ nobis.
Utꝝ spūscūs augeat̄ ī hoīe vel min' vl' magis habeat̄ vel det̄: ⁊ an det̄ habenti vel non habenti.

Prologus.

Upientes aliq̄d de penuria ac tenuitate nr̄a cū paupcula in gazophilatiū dn̄i mittere ardua scādere op⁹ vltra vires nr̄as agere p̄sumpsimus: ꝯsummatiōis fiduciā laborisq꞉ mercedē in samaritāo statuētes: q̄ ꝓlati̾ in curationē semiuiui duob⁹ denarijs: superogāti cūcta reddere ꝓfessus ē. Delectat nos ỽitas pollicētis: ꝫ terret īmēsitas laboris. Desideriū hortat̃ ꝓficiēdi: ꝫ đhortat̃ īfirmitas deficiēdi: quā vicit zelus dom⁹ dei: q̄ iardescētes: fidē nr̄aꝫ aduersus errores carnaliū atq꞉ aīaliū hoīm: dauidice turri̾ clipeis mūire: vł poti⁹ mūitā oñdē: ac theologicaꝝ inq̄sitionū abdita apire necnō ⁊ sacroꝝ ecclīasticoꝝ ꝓ modulo ītelligētie nr̄e noticiā tradē studuim⁹ nō valētes studiosoꝝ fratrū voti̾ iure resistē: eoꝝ in xp̄o laudabilibus studijs ligua ac stilo ꝯuire flagitātiū: q̄s bigas in nob agitat xp̄i charitas: q̄̄uis nō ābigam⁹ oēꝫ hūani eloquij ꝯmonē: calūnie atq꞉ ꝯdictiōi emuloꝝ sp̄ fuisse obnoxiū: q꞉ dissentiētib⁹ volūtatū motib⁹: dissentiēs q̄ꝫ fit aīorū sensus: vt cū oē dictū veri rōe ꝑfectū sit: t̄n dū aliud alijs aut videt̃ aut cōplacet ỽitati vł n̄ ītellecte: vł offendēti ⁊ īpietati̾ error obnitat̃: ac volūtati̾ īuidia resultet: quā de⁹ seculi hui⁹ opat̃ in ill' diffidētie filijs: q̄ n̄ rōni volūtatē sbijciūt: nec doctrīe studiū īpēdūt: ꝫ his q̄ somniāt sapīe ỽba coaptare nitūt̃ n̄ veri ꝫ placiti rōnē sectātes: q̄s iniq̄ volūtas nō ad ītelligētiā ỽitati̾: ꝫ ad đfensionē placētiū īcitat nō desiderātes doceri ỽitatē ꝫ ab ea ad fabulas ꝯuertētes auditū. Quoꝝ ꝓfessio ē magi̾ placita q̄̄ docēda cōq̄rere: nec docenda desiderare: ꝫ desiderati̾ doctrinā coaptare. h̄n̄t rōnem sapīe in supstitōe: q꞉ fidei defectioneꝫ sequit̃ hypocrisis mēdax: vt sit vł in ỽbis pietas: quā amisit ꝯsciā: īpaꝫq꞉ simulatā pietatē: oī ỽboꝝ mēdacio īpiā reddūt: falsē doctrīe īstituti̾: fidei sctitatē corrumpe moliētes: auriūq꞉

Luce.xxi.

Luce.xvij

Sūptū ex Augus. in p̄n. tertij đ trinitate.

Eph.ij.

prurigіnem sub nouello sui desiderij dogmate alijs ingerentes: qui contentioni studentes: cõtra veritatẽ sine federe bellãt. Int̃ verinãqꝫ assertionẽ ⁊ placiti defensionẽ ꝑtinax pugna est: dũ se et ỽitas tenet: ⁊ se volũtas erroris tuet̃. Hoꝝ igitur deo odibilẽ eccl'iam euertere atqꝫ ora opilare. ne virus nequitie ĩ alios effundere q̃ant: ⁊ lucernã veritatis in cãdelabro exaltare volẽtes: ĩ labore multo ac sudore: hoc volumẽ deo p̃stãte cõpegimꝰ: ex testimonijs ỽitatis ĩ eternũ fundatũ: ĩ q̃ttuor libris distinctũ. In q̊ maioꝝ exẽpla doctrinãqꝫ repies: ĩ q̊ ꝑ dñice fidei sincerã ꝓfessionẽ: viperee doctrĩe fraudulẽtiã ꝓdidimus: aditũ demõstrãde veritatis cõplexi: nec ꝑiculo impie ꝓfessiõis inserti: temꝑato inter vtrũqꝫ moderamĩe vtẽtes. Sicubi ỽo patruꝫ vox nr̃a insonuit: nõ a paternis discessit limitibꝰ. Nõ igit̃ debet h̃ labor cuiqꝫ pigro vel multum docto videri suꝑfluus: cuꝫ multis impigris mltisqꝫ indoctis: int̃ q̊s etiã ⁊ mihi sit necessarius: breui volumĩe cõplicãs patruꝫ sñias appositis eoꝝ testimonijs: vt nõ sit necesse querẽti libroꝝ numerositatẽ euoluere: cui breuitas qđ q̃rit̃ offert sine labore. In hoc aũt tractatu: nõ solũ piũ lectorem: sed etiam liberum correctorem desidero: maxime vbi profunda versatur veritatis questio que vtinaꝫ tot haberet inuẽtores: q̊t habet ꝯtradictores. Ut autẽ qđ querit̃ facilius occurrat: titulos q̊bus singuloꝝ librorum capitula distinguuntur: premisimus.

Ste liber dictus est sententiaꝝ eo ꝙ sñias antiquoꝝ patꝝ
i doctoꝝ de catholicis ỽitatibꝰ hinc inde collectas summatim cõprehendit. Et p̃ma sui diuisione diuidit̃ in tres ꝑtes. s. in ꝓemiũ: tractatũ ⁊ epylogũ. Prima ps ꝓemial' incipit in p̃ncipio libri: ⁊ extẽdit se vsqꝫ ibi: Ueteris ac noue. Tractatꝰ ỽo abinde vsqꝫ ꝓpe finẽ libri. vbi dr: Hec de pedibꝰ sedẽtis suꝑ soliũ excelsuꝫ. Epylogꝰ aũt abinde vsqꝫ ĩ finẽ libri totiꝰ. Procmiũ in q̃tũ qđ restat ad p̃ns legendũ diuidit̃ in tres ꝑtes. In quaꝝ p̃ma reddit studentes beniuolos: et hoc a principio libri vsqꝫ ibi: Hoꝝ igit̃ deo odibilẽ. In scđa reddit eos dociles. Et hoc a loco iam dicto vsqꝫ ibi: Nõ igit̃ debet hic labor. In tertia facit eos attentos. Et h̃ a textu iã vltimo allegato vsqꝫ ad finẽ ꝓemij. Et hec ẽ sñia mgr̃i in h̃ ꝓemio ĩ gnãli. In sp̃ali aũt eiꝰ sñia summaria stat in hac cõclusiõe triꝑtita: Sic̃ ꝑ h̃ ꝙ mgr̃m ad cõpilationẽ huiꝰ libri cause attrahẽtes causis retrahentibus plus mouerũt: ip̃iꝰ libri auditor beniuolꝰ efficit̃: sic ꝑ q̃ttuor cãꝝ eiꝰ assignationeꝫ docil' reddit̃: ac ꝑ eiusdẽ vtilitatis exp̃ssionẽ attentꝰ cõstituit̃. Prima ps huiꝰ ꝯclusiõis ꝓbat̃ sic: Quilibꝫ bonꝰ discipulꝰ debet tm̃ beniuolẽtie alicuiꝰ doctrine studio impẽdere: q̃tũ mgr̃ suus studet beniuole tradere: q2 al's eẽt ingratꝰ: ⁊ ꝑ ꝯñs nõ bonꝰ discipl's. Sꝫ mgr̃ tam beniuolus ad traditionẽ huiꝰ libri doctrine extitit: ꝙ cãs retrahẽtes nõ p̃derãs vt doctrinã traderet hũc librũ cõpilauit. Igit̃ ꝑ hoc ꝙ causis retrahentibus cãs attrahẽtes mgr̃ in huius voluminis editione p̃tulit: quẽlibet eiꝰ studẽtẽ ꝑ suã beniuolẽtiã beniuolũ ad eius studiũ efficit: vt intendit p̃ma ps huius ꝯclusiõis. Maior huiꝰ rõnis est manifesta. Minorẽ aũt ponit mgr̃ in lr̃a dicẽs ꝙ ip̃ꝫ cupiẽtẽ aliq̃d mittere de penuria ac tenuitate scie ⁊ ingenij in gazophilatiũ dñi. i. in doctrinã sacre scp̃ture in q̊ oẽs scti p̃res exposuerũt sua oꝑa: attrahit eũ desideriũ ꝓficiẽdi: sꝫ retrahit eũ defectꝰ scie ⁊ ingenij: vel retrahit eũ alia cã. s. altitudo materie huiꝰ oꝑis ⁊ magnitudo laboris. Et ꝑ oppositũ statim subiũgit cãꝫ in ꝯtrariũ mouẽtẽ ⁊ attrahẽtẽ q̃ est cõfidẽtia diuini auxilij: ⁊ p̃miũ a xp̃o ꝓmissuꝫ. Sꝫ p̃dictas cãs magistrũ retrahẽtes ab huiꝰ oꝑis cõpilatiõe vincit amor intẽsus quẽ mgr̃ hꝫ ad eccl'iam: quo inflãmatꝰ opꝰ aggredit̃. Et suã intẽtionẽ p̃ncipal'r dicit circa tria ỽsari. s. circa fidei defensionẽ: catholice veritatis explanationẽ: ⁊ sacroꝝ manifestationẽ. Scđa ps huiꝰ ꝯclusionis p̃dicte. s. ꝙ ꝑ assignatõeꝫ q̃ttuor causarũ istiꝰ libri auditor efficit̃ docilis: ꝓbat̃ sic: Tãto cuiuslibet scie seu doctrĩe auditor reddit̃ magis docil' q̃to ip̃a scia habuerit cãs: finalẽ fructuosiorẽ: efficiẽtẽ ineffabiliorẽ: materialẽ certiorẽ: ⁊ formalẽ aptiorẽ. Sed huiꝰ libri scia habet cãm finaleꝫ fructuosissimã: materialẽ certissimã: efficiẽtẽ ineffabilissimã: ⁊ formalẽ aptissimã: ergo cãrũ huiꝰ scie assignatio eiꝰ auditoribꝰ est docibilitatis ministratio: vt sonat scđa ps ꝯclusionis p̃misse. Maior huiꝰ rõnis est euidẽs: sed minorẽ ponit mgr̃ in lr̃a cũ dicit: Hoꝝ igit̃ deo odibilẽ ⁊c̃. Primo ponit cãm finaleꝫ duplicẽ. s. destructionẽ erroris ⁊ manifestationẽ veritatis. Scđo ponit cãm efficiẽtẽ similiter duplicéꝫ scꝫ p̃ncipalem sicut est deꝰ: ⁊ minꝰ p̃ncipaleꝫ seu instrumẽtalẽ: sicut seip̃m. Tertio materialem scꝫ auctoritates sacri canonis: ⁊ sanctoꝝ patrũ sententias. Quarto cãm formalẽ. s. formã tractatꝰ que consistit in distinctione huius oꝑis: in libros: distinctiones ⁊ capitula. Et etiã formã tractãdi que est idem quod modus agẽdi. i. diuidendi vel exẽpla ponẽdi.

Tertia pars eiusdem conclusionis: scꝫ ꝙ ꝑ exp̃ssionem vtilitatis doctrine huius libri: discipulus eius attẽtus cõstituatur: probat̃ sic: Quãto maioris vtilitatis existit doctrina alicuius libri seu scientie cunctis eius auditoribus: eosdem reddit magis attentos: sed huius libri scia seu doctrina est maxime vtilitatis: ergo ꝑ hmõi vtilitates suos auditores reddit attentos. Maior huius rõnis est nota. Minor ꝓbat̃ ex lr̃a in qua mgr̃ dicit: ꝙ ille labor nõ est suꝑfluus: sed ẽ necessarius: eo ꝙ illa que alibi sparsim ⁊ diffuse ꝑcontant̃ in ip̃o breuiter tractant̃: ita ꝙ non sit necesse libroꝝ numerositatem percurrere cũ breuitas ea que collecta sunt in hoc libro ꝓmpte offert quasi sine labore. Et hec ẽ sñia huius ꝓemij in principali.

Incipit primus liber de mysterio trinitatis.

Di. I

De materia hui⁹ libri ꝛ librorum diuisióe

Veteris ac noue legis ꝯtinētiā diligēti idagīe: etiā atz etiā ꝯsiderātibus nob puia dei grā inotuit sacre pagie tractatū circa res vel signa pcipue versari. vt em̄ egregi⁹ doctor Aug. ait ī li. de doctrina xpiana: Oīs doctrina vel rez est vł signoꝝ: sz res etiā p signa discūtur. Ꝓprie aūt h̄ res appellanẗ: q̄ nō ad significādū aliq̄d adhibenẗ: signa vo quoꝝ vsus est in significādo. Eorum autē aliq̄ sunt quoꝝ omnis vsus est in significando: non in iustificando. i. quibus non vtimur nisi aliquid significādi grā: vt aliq̄ sacrā legalia. Alia q̄ nō solū significāt: sz ꝯferūt qd intus adiuuet: sic euāgelica sacrā. Ex quo apte intelligiẗ: q̄ h̄ appellenẗ signa: res ille videlicet q̄ ad significādū aliq̄d adhibenẗ. Oīe igiẗ signū etiaz res aliq̄ ē. Qd em̄ nulla res ē: vt ī eodē Aug. ait: oīno nihil ē. Nō āt econuerso oīs res signuz ē: qꝛ nō adhibeẗ ad significādū aliq̄d. Cūq̄ his intēderit theologoꝝ speculatio studiosa atz modesta diuinā scptura formā pscriptā ī doctrīa tenē aduertet. De his ḡ nob aditū ad res diuīas aliq̄tenus intelligēdas deo duce apire volētibus disserēdū est: ꝛ pmū de rebus: postea de signis disseremus.

Augustinus

De rebus cōmuniter agit. b

Id ergo ī reb⁹ ꝯsiderādum ē: vt in eodē Aug. ait q̄ res alie sūt q̄bus fruēdū ē: alie q̄b⁹ vtēdū est: alie q̄ fruunẗ ꝛ vtunẗ: ille q̄b⁹ fruēdū ē: nos btōs faciūt. Istl q̄b⁹ vtēduz est: tēdētes ad btitudinē adiuuamur ꝛ q̄si admiculamur: vt ad illas res q̄ nos btōs faciūt pueīre: eisq̄ īherere possimus. Res vo q̄ fruunẗ ꝛ vtunẗ nos sumus: q̄si inẗ vtrasq̄ ꝯstituti ꝛ angeli ꝛ scti. Frui āt ē amore alicui rei īherere ppẗ seipaz. Vti vo id qd ī vsuz venerit referre: ad obtinēduz illud q̄ fruēduz ē: alˀs abuti ē nō vti: nā vsus illicitus abusus vel abusio noiari dz. Res igiẗ q̄bus fruendū ē sunt prē ꝛ filius ꝛ spūssanctus. Eadē tñ trinitas q̄dā summa res ē: cōisq̄ oībus fruētibus ea si tñ res dici dz ꝛ nō rez oīm causa: si tñ ꝛ causa. Nō em̄ facile pōt inueniri nomen qd tāte excellentie ꝯueniat: nisi qd melius dr trinitas hec vnus deus. Res āt q̄bus vtēduz est: mūdus ē ꝛ ī eo creata. vñ Aug. in eodē: Vtendū est h̄ mūdo nō fruendū vt inuisibilia dei p ea q̄ facta sunt ītellecta ꝯspicianẗ. i. vt de tpalibus eťna capianẗ. Itē in eodem: In oībus rebus ille tm̄ sunt q̄bus fruenduz est: q̄ eťne ꝛ incōmutabiles sunt. Ceterl āt vtēdum est vt ad illaꝝ pfruitionem pueniaẗ. Idem Aug. in. x. lib. de trini. Fruimur cognitis in q̄bus ipis ppẗ se voluntas delectata ꝯquiescit: vtimur vero eis que ad aliud referimus quo fruendum est.

De reb⁹ q̄ fruūtur ꝛ vtunẗ

Quid sit frui ꝛ quid vti.

De reb⁹ q̄bus fruendum est.

Augustinus

De reb⁹ q̄bus vtendum est.

Rom. j.

Augustinus

Itez quid intersit inter frui ꝛ vti aliter q̄z supra. c

Notādum vo qd idē Aug. in li. x. de tri. aliẗ q̄z supra accipiēs vti ꝛ frui: sic dic: Uti ē assumere aliq̄d in facultatē volūtatis. Frui aūt est vti cū gaudio: nō adhuc spei sz iā rei: ideoq̄ oīs qui fruiẗ vtiẗ. Assumit em̄ aliq̄d in facultatē volūtatl cū fine delectationis. Nō aūt oīs q̄ vtiẗ ꝛ fruiẗ: si id qd in facultatē volūtatis assumit: nō ppẗ ipm sz ppẗ aliud appetit. Et attende qꝛ videẗ Aug. dicere illos frui tm̄ q̄ in re gaudēt: nō iam in spe: ꝛ ita ī hac vita nō videmur frui sz tm̄ vti vbi gaudemus in spe: cuz supra dictum sit frui esse amore inherere alicui rei ppter se: qualiter etiaz h̄ multi adherent deo.

Augustinus

Determinatio eoꝝ que vidētur contraria. d

Hec ergo q̄ sibi ꝯdicere videnẗ: sic deťminam⁹ dicētes nos ꝛ h̄ ꝛ ī futuro frui: sz ibi ppe ꝛ pfecte ꝛ plene vbi p spēz videbim⁹ q̄ fruemur: h̄ autē dū in spe ābulamus: fruimur q̄dē: sz nō adeo plene. vñ in li. x. de tri. Fruimur cognitl in q̄bus volūtas ē. Idē in li. d doctrīa xpiana ait: Angeli illo fruētes iā bti sūt: q̄ ꝛ nos frui desideramus: ꝛ q̄ztū in hac vita iā fruimur: vł p speculū vł in enigmate: tāto nr̄az pegrinationē ꝛ tolerabili⁹ sustinemus ꝛ ardēti⁹ finire cupimus.

j. Coꝛ. xiij.

Augustinus

Alia determinatio. e

Poteſt etiam dici q̄ q̃ fruit̄ etiã ĩ hac vita: nõ tm̃ hʒ gaudiũ ſpei: ſ etiã rei: qꝛ iam delectat̄ in eo qđ diligit: ꝛ ita iã rẽ aliq̃ten⁹ tenet. Cõſtat igit̄ q̄ debem⁹ deo frui ꝛ nõ vti. Jllo em̃ vt ait Aug. frueris q̃ efficieris btũs: et ĩ q̃ ſpem ponis: vt ad id ꝑuenias. De hoc idẽ ait in li. de doctrina xp̄iana. Dicim⁹ nos ea re frui quã diligim⁹ ꝓpter ſe: ꝛ ea re fruendũ nobis eſſe tm̃ q̃ efficimur bti: ceterl vo vtendũ. Freq̄nt̄ tñ vo frui cũ delectatiõe vti. Cũ em̃ adeſt qđ diligit̄: etiã delectationẽ ſecũ gerit: ſi tñ ꝑ eã trãſierl: ꝛ ad illud vbi ꝑmanẽdũ eſt eã retuleris vterl ea: ꝛ abuſiue nõ ꝓprie diceris frui. Si vo inheſeris atq̧ ꝑmãſeris finẽ ĩ ea ponẽs leticie tue: tunc vere et ꝓprie frui dicẽdus es: qđ nõ eſt faciendũ niſi in illa trinitate id eſt ſummo ꝛ incõmutabili bono.

Aug. in li. de doct. xp̄iana.

Utrum hominibus ſit vtendum vel fruendum. f

Cum autez homines q̃ fruunt̄ ꝛ vtunt̄ alijs rebus res aliq̃ ſunt. Querit̄ vtꝝ frui debeãt an vti: aut vtrũq̧. Ad qđ ſic rñdet Aug. in li. đ doc. xp̄ia. Si ꝓpt̄ ſe hõ diligẽdus ẽ: fruimur eo ſi ꝓpt̄ aliđ vtimur eo. Uidet̄ ãt mihi ꝓpt̄ aliud diligẽdus. Qđ em̃ ꝓpt̄ ſe diligẽdũ ẽ: in eo ꝯſtituit̄ btã vita: cui⁹ etiam ſpes h̄ tꝑe nos ꝯſolat̄. Jn hoĩe autẽ ſpes ponẽda nõ ẽ: qꝛ maledict⁹ ẽ q̃ h̄ facit. Ergo ſi liq̃de aduertas: nec ſeipſo q̃ſq̧ frui debet: qꝛ nõ ſe debet diligere ꝓpt̄ ſe: ſed ꝓpt̄ illud q̃ fruendũ eſt. Huic aũt cõtrarium videt̄ qđ apl's ad Philemonẽ loq̄ns ait: Jta frat̄ ego te fruar ĩ dñõ. Qđ ita determinat Aug⁹. Si dixiſſet tm̃ te fruar: et nõ addidiſſet in dñõ: videret̄ finẽ dilectionis ac ſpem ꝯſtituiſſe ĩ eo. Sʒ qꝛ illđ addidit: ĩ dñõ ſe finẽ poſuiſſe: eodẽq̧ frui ſignificauit. Cũ em̃ (vt idẽ Aug. ait) hoĩe ĩ deo frueris: deo potius q̄ hoĩe frueris.

Auguſtinus.

Aug. in li. de doct. xp̄iana.

Hic queritur an de⁹ fruatur an vtatur nobis. g

Sed cum deus diligat nos: vt freq̄nt̄ ſcr̄ptura dicit: q̃ ei⁹ dilectionẽ erga nos multũ cõmẽdat: querit Aug. quõ diligat: an vt vtẽs: an vt fruẽs ꝛ ꝓcedit ita. Si fruit̄: eget bono nr̃o Qđ nemo ſan⁹ dixerit. Ait em̃ ꝓpheta: Bonoꝝ meoꝝ nõ eges. Oẽ em̃ bonũ nr̃m vl' ipſe eſt: vel ab ipſo ẽ: nõ ḡ fruit̄ nob: ſ vtitur. Si em̃ nec fruit̄ nec vtit̄ non inuenio quõ diligat nos. Neq̧ tñ ſic vtit̄ nob vt nos alijs reb⁹. Nos ei res q̃b⁹ vtimur ad id referim⁹ vt dĩ bonitate ꝑfruamur. De⁹ vo ad ſuã bonitatẽ vſum nr̃m refert. Jlle em̃ miſeret̄ nr̃i ꝓpter ſuã bonitatem: nos autem nobis inuicem propter illius bonitatẽ. Jlle nr̃i miſeret̄ vt ſe ꝑfruamur. nos vero inuicez noſtri miſeremur: vt illo fruamur. Cum em̃ nos alicui⁹ miſeremur: et alicui ꝯſulim⁹: ad ei⁹ q̄dẽ facim⁹ vtilitatẽ eamq̧ intuemur: ſ ꝛ noſtra fit ꝯn̄s cũ miſericordiaʒ quã alijs impendim⁹: nõ relinquit deus ſine mercede. Hec aũt merces ſumma eſt: vt ipo fruamur. Jtẽ qꝛ bon⁹ ẽ ſumus: ꝛ inq̄tũ ſumus: boni ſum⁹. Porro etiam qꝛ iuſtus eſt: nõ impune mali ſumus: ꝛ inq̄tũ mali ſum⁹ intantũ etiã min⁹ ſumus. Jlle ḡ vſus quo nob vtit̄ de⁹: nõ ad ei⁹: ſed ad nr̃am vtilitatẽ refert̄: ad ei⁹ vero tãtũmodo bonitatẽ.

Aug. in li. de doct. xp̄iana.

Pſal. xv.

Matth. v.

Utrum vtendum an fruẽdum ſit virtutibus. h

Hic cõſiderãdum eſt: vtrum virtutibus ſit vtendũ an fruẽdum. Quibuſdã videt̄ q̄ eis ſit vtẽdũ et nõ fruendum: ꝛ hoc cõfirmãt auctoritate Aug. q̃ vt ꝓtaxatũ eſt: dicit nõ eſſe fruendum niſi trinitate. i. ſummo ꝛ incõmutabili bono. Jtẽ dicũt ideo non eſſe fruenduz eis: qꝛ ꝓpter ſe amãde nõ ſunt: ſ ꝓpt̄ eternam btitudinẽ. Jllud aũt quo fruẽdũ ẽ: ꝓpter ſe amãdum eſt. Sʒ q̄ vtutes ꝓpt̄ ſe amãde nõ ſint: imo ꝓpter btitudinẽ ſolam: ꝓbant auctoritate Auguſti. q̃ in lib. xiij. de trini. ꝯtra quoſdã ait: Forte virtutes q̃s ꝓpter ſolã btitudinẽ amam⁹ ſic nobis ꝑſuadere audent: vt ipſam btitudinẽ nõ amem⁹: qđ ſi faciunt etiã ipſas vtiq̧ amare deſiſtimus: quãdo illã ꝓpter quã ſolã iſtas amauimus: non amamus Ecce his verbis videt̄ Aug. oſtẽdere q̄ virtutes nõ ꝓpter ſe: ſ ꝓpter ſolam beatitudinem amãde ſint. Qđ ſi ita eſt: ergo eis fruendum nõ eſt. Alijs vero cõtra videt̄: ſcʒ q̄ fruẽdũ eis ſit: qꝛ ꝓpter ſe petẽde ꝛ amãde ſunt. Et h̄ ꝯfirmant auctoritate Amb. qui ait ſup illũ locũ ep̄le ad Gal'. Fructus autem ſpiritus eſt charitas: gaudiũ: pax: patia. ꝛc. hic nõ noĩat opa ſ fructus: qꝛ ꝓpter ſe petenda ſunt: ſi vo ꝓpter ſe petenda ſunt: ḡ ꝛ ꝓpter ſe amãda. Nos autem

Augu. de tri. li. xiij. c. viij.

Gal. v.

hanc q̄ videnť antoritatū repugnātiā de medio eximē cupiētes dicim⁹ q̄ v̄tutes ppť se petēde ⁊ amāde sūt: ⁊ tñ ppť solā btitudinē. ppť se q̄dē amāde sūt q2 delectāt sui possessores sincera ⁊ scā delectatōe ⁊ ī eis pariūt gaudiū spūale. Uerūtñ nō ē h̄ ɔsistēdū: ʒ vltra ɋ̄diēdū. Nō h̄ hereat dilectiōis gressus: neqꝫ h̄ sit dilectōis termin⁹: ʒ referať h̄ ad illō summū bonū cui soli oīno īherēdū ē: q2 illō ppť se tm̄ amādū ē: ⁊ vltra illud nihil q̄rēdū ē: illō ē em̄ sup̄mus finis. Jō Aug. dič q̄ eas diligim⁹ ppť solā btitudinē: nō quin eas ppť se diligam⁹: ʒ q2 idip̄m q̄ eas diligim⁹ referim⁹ ad illō sūmū bonuʒ cui soli inherēdū ē: ⁊ ī eo p̄manēdū finisqꝫ leticie ponēd⁹: q̄re v̄tutib⁹ nō ē fruēdū. Sʒ dicet aliq̄s: Frui ē amore īherere alicui rei ppť seip̄aʒ vt p̄dictū est. Si ḡ ppť se v̄tutes amāde sunt: ⁊ eis fruēdū ē. Ad q̄ō dicim⁹ in illa descp̄tōe vbi dr: ppť seip̄aʒ ītelligēdū ē tm̄mō: vt. s. ameť ppť seip̄aʒ tm̄ vt nō referať ad aliō ʒ ibi ponať finis: vt supra oñdit Aug. dicēs: Si īheser] atqꝫ p̄māser] finē ponēs leticie: tūc vere ⁊ p̄p̄e frui diced⁹ es: q̄ō nō ē faciēdū nisi ī illa trinitate. i. sūmo ⁊ incōmutabili bono. Utēdū ē ḡ v̄tutibus ⁊ p̄ eas fruendū sūmo bono: ita ⁊ ō volūtate bona dicim⁹. vñ Aug. ī li. x. ō tri. ait: Uolūtas ē p̄ quā fruimur: ita ⁊ p̄ v̄tutes fruimur nō eis nisi forte aliq̄ v̄tus sit de⁹ vt charitas: ō q̄ post tractabiť.

Aug. ō tri. li. x. c. x.

Epilogus. i

Omnium igiť q̄ dicta sunt: ex q̄ de rebus sp̄ālit̄ tractabim⁹: hec summa ē. Q̄ alie sunt q̄b⁹ fruēdū ē alie q̄bus vtendū est: alie q̄ fruunť et vtunť: ⁊ inter eas q̄bus vtenduʒ est: etiā q̄dam sunt p̄ q̄s fruimur: vt virtutes ⁊ potētie animi: q̄ sunt naturalia bona. De q̄bus oībus anteq̄ꝫ de signis tractemus: agendū est: ac p̄muʒ de rebus q̄bus fruendū est. s. de scā atqꝫ indiuidua trinitate.

Ista est scd̄a p̄s p̄ricipalis huius libri: in q̄ magr̄ determinato p̄hemio: incipit suum tractatum in q̄ttuor libros p̄tiales diuidere. Cuius ratio ſm p̄hm est: q2 scientie secanť quemadmodū ⁊ res ō quibus sunt. Jn quoꝝ p̄mo libro magister agit de deo absolute ſm rōnem sue naturalis p̄fectionis. Jn secundo agit de eo inq̄tum eius potentia relucet in effectu creatiōis. Jn tertio agit de ip̄o inq̄tum claret eius sapientia in ope redemptiōis. Jn quarto agit de eo inq̄tum eius bonitas seu clementia refulget in fructu glorificationis. Quantū igiť ad p̄mum librum magister duo facit. Primo p̄mittit quedam generalia quasi totius operis p̄libamina. Secundo suam intentionem exequiť. ⁊ h̄ in p̄nciqio secunde distinctiōis: que incipit ibi: Hoc itaqꝫ vera. Jn p̄ma em̄ huius libri distinctione magister tria facit. Primo determinat suum intentuʒ. Secundo mouet q̄stiones circa determinata. Tertio determinata breuiter recapitulat. Primum facit a p̄ncipio distinctionis vsqꝫ ibi: Cum autem homines. Secundum vero ab inde vsqꝫ ibi: Omnia igiť que dicta sunt. Tertium vero ab inde vsqꝫ ad finem distinctiōis istius. Et in istis videť stare sententia p̄ñtis distinctionis in generali. Jn speciali vero sententia magistri stat in tribus p̄positionibus: quarum p̄ma est: Totam sacram paginaʒ ɔstat specialiter circa res ⁊ signa versari. Et hanc p̄bat magister autoritate beati Augustini. vj. ca. de doctrina xp̄iana dicentis: Omnis doctrina vel rerum est vel signoꝝ. Et intelligit hic p̄ signa non terminos significantes ad placitum ip̄ius instituētis: sed quasdam res exteriores ex diuina ordinatione aliquid significantes: cuiusmodi sunt sacramēta cum suis materijs tā veteris q̄ noue legis. Per res vero intelligit res absolutas p̄ terminos significabiles: que. s. ita cadunt sub determinatione ɔsiderationis sacre scripture: q̄ vlterius nihil specialiter designant: vt est deus: xp̄s: creatura ⁊ hmōi. Q̄ autem sacr̄a tam veteris q̄ noue legis aliquid significēt: p̄tʒ: q2 sacr̄a veteris legis significabant inuisibilē gr̄aʒ quā nō ɔferebāt: sacr̄a v̄o noue legis significāt gr̄am inuisibilē quā etiā ɔferūt q̄tū est ex p̄te ip̄oꝝ: vt plenius patebit in quarto hui⁹. Et subdit q̄ omne signum est res aliqua: quia q̄ō non est res aliqua: omnino nihil est: vt dicit Augu. in eodem: ⁊ non econtra omnis res est signum: q2 alique sunt res nihil significantes. Et tandem subinfert q̄ p̄mo sit determinandum de rebus: ⁊ postea de signis. Secunda ergo p̄positio est hec: Sola trinitate increata est p̄p̄e fruendum. Patet hec p̄positio varijs sanctoꝝ doctoꝝ autoritatib⁹. Et p̄bať ratione sic: Jllo solo est fruendū q̄ō ppť se ⁊ nullum alium finem est diligendum: sed hoc solum est trinitas increata: igiť ea tm̄ p̄prie est fruēdum: ⁊ p̄ ɔsequens p̄positio vera. Huius ratiōis maior patet p̄ descriptionem fruitionis in lr̄a qua diciť: Frui est amore inherere alicui rei tantum propter seip̄aʒ. Minor p̄bať sic: Sola trinitas increata est nostroꝝ beatificatiua: igiť ip̄a sola est propter se finaliter diligenda. Consequentia tenet ex verb̄ beati Augustini dicentis: Dicimus ea re nos frui quam diligimus propter se: ⁊ ea nobis fruendū esse tm̄ qua efficimur beati. Antecedēs patet ex textu vbi diciť: Res quibus fruendū est sunt pater ⁊ fili⁹ ⁊ spūssctūs: ⁊ p̄ ɔsequēs p̄positio vera. Tertia p̄positio est hec: Usus ⁊ fruitionis distinctionem accipimus penes relatiuam ⁊ absolutam dilectionis inhesionem. Patet hec p̄positio in textu p̄ terminoꝝ descriptionē. vñ diciť: Frui est rei amore inherere solum propter seip̄am. Sed vti est rei amore inherere: non finaliter propter seip̄aʒ: sed inq̄tū ordinata est ad illam qua fruendum est: igitur p̄positio vera. Consequēter ista tria mouet dubia quoꝝ primum est: an hominibus sit fruendum. Et dicendum est q̄ non simpliciter sed in deo. Et cum diciť homo fruitur homine: sed deo fruiť in homine. Secundum est: an timor dei ad nos sit vsus vł fruitio. Dicendum est q̄ non sit vsus: q2 deus nō diligit ali-

quid ꝓpt̃ aliud a se: sed oīa diligit ꝓpt̃ ipsi⁹ ꝓpriā bonitatē. Tertiū est: an virtutib⁹ sit fruendū. Respōdet̃ ꝙ nō nisi instrumētalit̃: eo ꝙ nō querunt̃ ꝓpter se: sed ꝓpter beatitudinē et ꝓpter deū. Et in his stat sn̄ia huius distinctionis in speciali.

De mysterio trinitatis et vnitatis. a

DI. II De trinitate ⁊ vnitate ſm ꝙ creditur.

Hec itaqʒ vera ac pia fide tenendum est: ꝙ b trinitas vn⁹ sit ⁊ sol⁹ ver⁹ deus. vt ait Aug. in .j. lib. de trini. s. pater ⁊ filius ⁊ spūssanctus: ⁊ hec trinitas vnius eiusdemqʒ substantie vl' essentie dr̄: creditur ⁊ intelligit̃: que est summū bonū: qd̄ purgatissimis mentib⁹ cernitur. Mētis em̄ humane acies inualida: i tam excellēti luce nō figit̃: nisi p iusticiā fidei emūdetur. Idē in lib. retracta. Nō approbo qd̄ in oratiōe dixi. Deus qui nō nisi mūdos verū scire voluisti. Respōderi em̄ potest multos etiā nō mūdos multa scire vera. De hac re ergo summa et excellentissima cum modestia et timore agendū est et attentissimis auribus atqʒ deuotis audiendum vbi querit̃ vnitas trinitatis patris scʒ ⁊ filij ⁊ spūssancti: qꝛ nec periculosius alicubi errat̃: nec laboriosi⁹ aliqd queritur: nec fructuosi⁹ aliquid inuenit̃. Proinde omnis q̄ audit ⁊ legit ea que de ineffabili ⁊ inaccessibili luce diuinitatis dicūtur: studeat imitari atqʒ seruare qd̄ venerabilis doctor Aug⁹. in .j. lib. de trini. de seipō ait: Nō pigebit me inq̄t sicubi hesito q̄rere: nec pudebit sicubi erro discere: Quisquis ḡ audit hoc vl' legit: vbi pariter certus est pergat mecū: vbi parit̃ hesitat querat mecū: vbi errorem suū cognoscit redeat ad me vbi mecum reuocet me. Ita ingrediamur simul charitatis viam tendētes ad eum: de quo dictū est: Querite faciem eius semper.

Aug. ꝺ trini. lib. j. ca. ij.

Aug. in .j. li. soliloquioꝝ in principio.

j. Tim̄. vj.

Aug. ꝺ. trini. lib. j. ca. ij.

Psal. ciiij.

Que fuerit intentio scribentium de trinitate. b

Oēs autē catholici tractatores: vt in eodē .j. lib. Aug. ait: qui de trinitate que deus ē scripserunt: hoc intenderūt ſm scripturas docere: ꝙ pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus vnius sint substantie et inseparabili equalitate vn⁹ sint deus: vt sit vnitas in essentia ⁊ pluralitas in personis. Ideoqʒ nō sunt tres dij sed vnus deus: licet pater filium genuerit: et ideo filius non sit qui pater est: filiusqʒ a patre sit genitus: ⁊ iō pater nō sit q̄ filius est: ⁊ spūssctūs nec pater sit nec fili⁹: ſʒ tm̄ pr̄is ⁊ filij spūs: vtriqʒ coeq̄lis: ⁊ ad trinitatis ꝑtinēs vnitatē. Teneam⁹ ḡ patrē ⁊ filiū ⁊ spm̄sctm̄ vnuʒ esse naturaliter deū: vt ait Aug. in li. de fide ad Petrum Neqʒ tn̄ ipm pr̄em esse qui filius est nec filiuʒ ipm esse q̄ pater est. nec spm̄sctm̄ ipm esse q̄ pater est aut filius. Una est em̄ pr̄is ⁊ filij ⁊ spūssancti essentia: quam greci homousion vocāt: in qua nō est aliud pater: aliud filius: aliud spūsctūs: q̄uis sit personaliter alius pater: alius filius: alius spiritussanctus.

Aug. in li. retracta. vbi dixi ꝺ p̄re ⁊ filio q̄ gignit ⁊ quē gignit vnū est dicendum fuit vnū sunt: sicut ipa veritas a pte loquet̃ dicēs: ego ⁊ pater vnū sum⁹.

De ꝯſe. di. iij. c. oēs.

Quis ordo sit seruādus cū de trinitate agitur. c

Ceterū vt in p̄rio li. ꝺ tri. Aug. docet p̄mo ſm auctoritates sanctarū scripturarū: vtrū fides ita se habeat demōstrandū est. Deinde aduersus garrulos ratiocinatores elatiores magis q̄ capaciores rationibus catholicis ⁊ similitudinibus cōgruis: ad defensionēʒ et assertionē fidei vtēdum est: vt eoꝝ inquisitionib⁹ satisfaciētes: māsuetos pleni⁹ instruam⁹: ⁊ illi si nequerint inuenire qd̄ q̄rit̃: de suis mētib⁹ poti⁹ q̄ de ipa v̄itate vel de nr̄a disertiōe cōquerant̃.

Augu. de tri. li. j. c. ij.

Testimonia sctōꝝ de trinitate. d

Proponam⁹ ergo in mediū veteris ac noui testamēti auctoritates q̄b⁹ diuine vnitatis atqʒ trinitatis veritas demonstret̃: ac p̄mū ipsa legis exordia occurrant: vbi Moyses ait: Audi israel dn̄s deus tuus deus vn⁹ est. Item: Ego sum dn̄s de⁹ tu⁹ q̄ eduxi te de terra egypti: non erūt tibi alij dij preter me. Ecce hic significauit vnitatem diuine nature Deus em̄ (vt ait Amb. in p̄rio li. de trinitat.) nomen est nature: dn̄s vero nomen est potestatis. Iteʒ alibi deus loquēs ad Moysen ait: Ego sum q̄ sum: ⁊ si quesierint nomen meum: vade ⁊ dices: Qui ē misit me ad vos. Dicēs enim: Ego sum: nō nos sumus ⁊ qui est nō qui sumus aptissime declarauit vnum soluʒ deum esse In cantico etiam Exodi legit̃: Dn̄s oḡs nomen eius. Non ait: domini: vnitatem volens significare. Personaruʒ q̄ pluralitatem ⁊ nature vnitatem simul ostendit dominus in Gen̄. dicēs. Faciam⁹ hoiem ad imaginem ⁊ similitudinem nr̄am. Di-

Deut. vj.

Exod. xx.

Ambrosius.

Exod. iij.

Exod. xv.

Gen̄. j.

cēs em̄: faciam⁹ ꝛ nr̄a𝔷: plr̄alitatē pso-
naꝝ oñdit: dicēs ꝟo imaginē vnitatē
Augustinus vbi supra. eēntie. vt ei dic̄ Aug. ī li. ð fide ad pe-
trū: Si in illa natura pr̄is ꝛ filij ꝛ spūs
sancti vna eēt tm̄ psona: n̄ diceret: fa-
ciam⁹ hoīe𝔷 ad imaginē ꝛ silr̄tudinem
nr̄a𝔷. Cū em̄ dic̄ ad imaginē ostendit
vnā naturā eē: ad cui⁹ imaginē hō fie-
ret: cū ꝟo dic̄ nr̄am oñdit eūdē deum
nō vnam: s𝔷 plures esse psonas.

Apte ostēdit q̄ nec solitudo nec diuersitas nec singularitas ibi ē sed similitudo. e

Hylarius. Hylari⁹ quoq𝔷 in li. iij. ð tri. dic̄ his ꝟbis significari q̄ ī
trinitate nec diūsitas ē nec singlr̄aritas
vl̄ solitudo: s𝔷 silr̄tudo ꝛ plr̄alitas siue
distictio. ait ei sic q̄ dixit: Faciam⁹ ho
minē ad imaginē ꝛ silr̄tudinē nr̄a𝔷 iui
cē esse sui silr̄es in eo q̄ dicit imaginē ꝛ
silr̄tudinē nr̄am oñdit. Imago ei sola
nō ē ꝛ silr̄tudo sibi nō ē: neq𝔷 diuersita
tē duob⁹ admisceri alteri⁹ ad alteru𝔷
silr̄tudo pmittit. Itē idē ī. iiij. li. abso-
luti⁹ voluit ītelligi significatōe𝔷 hāc n̄
ad se eē referēdā tm̄: dicēdo faciam⁹
hoīe𝔷 ad imaginē ꝛ silr̄tudinē nr̄a𝔷. p
fessio eni ꝯsortij sustulit ītelligētiā sin
gularitatꝭ: q𝔷 ꝯsortiū aliq̄d nec pt̄ eē si
bijpi solitario: neq𝔷 rursū solitudo soli
tarij recipit faciam⁹. neq𝔷 q̄sq𝔷 alieno
a se loq̄t nr̄a𝔷: vl̄q𝔷 ḡ ꝟmo. s. faciam⁹ ꝛ
nr̄a𝔷: vt solitariū eūdēq𝔷 nō patit: ita
neq𝔷 diūsu𝔷 a se alienūq𝔷 significat: so-
litario ꝯueīt faciā ꝛ meā. nō solitario
ꝟo ꝯueīt dicē: faciam⁹ ꝛ nr̄a𝔷 vl̄q𝔷 ser
mo vt n̄ solitariū tm̄: ita neq𝔷 differētē
esse vl̄ diūsū eē significat. Nob q̄𝔷 nec
solitari⁹ nec diūsus ē ꝯfitēd⁹. ita ḡ de⁹
ad cōe𝔷 sibi cū ðo imaginē eādēq𝔷 silr̄-
tudinē hoīe𝔷 repit opari: vt̄ nec si gni
ficatio efficiētꝭ admittat ītelligētiā so
litudis: nec opatio ꝯstituta ad eandē
imaginē vl̄ silr̄tudinē patiat diuersita
Quid ex ꝟbis Hylarij intelligi debeat. tē diuītatꝭ. In his ꝟbis Hyla. plr̄alita
tē psonaꝝ voluit intelligi noīe ꝯsortij
atq𝔷 significauit noīe ꝯsortij vl̄ plr̄alita
tis n̄ poni aliq̄d s𝔷 r̄moueri. Plr̄alitas
em̄ vel ꝯsortiū psonaꝝ cū dr̄: solitudo
vl̄ singularitas negat: cū dicim⁹ plr̄es
esse psonas significam⁹ q̄ nō ē vna so
la. Iō Hylari⁹ volēs ista sbtilit̄ ꝛ sane
intelligi ait: Professio consortij sustu-
lit ītelligētiā singlr̄aritatꝭ: nō dic̄ posu
it aliq̄d: ita etiā cū dicim⁹ tres psonas
singlr̄aritatē ꝛ solitudinē tollim⁹: ꝛ q̄
pr̄ n̄ ē sol⁹ nec fili⁹ ē sol⁹: nec spūssctūs
est sol⁹ significam⁹ ꝛ q̄ nec pr̄ tm̄ ē ꝛ fi
li⁹ nec pr̄ tm̄ ꝛ spūssctūs: nec fili⁹ tm̄ ꝛ
spūssctūs. De h̄ aūt in seq̄nti plenius
agel̄ vbi etiā ꝟm q̄d silr̄es dicanl̄ tres
psone ꝛ vtꝝ aliq̄ mō sit ibi diuersitas
vel differentia ostendetur.

Ad idē q̄d cepat redit vt alias autoritates supponat. f

Nūc ꝟo ad ppositū redeam⁹ ꝛ ad oñdēdū psonaꝝ plu-
ralitatē atq𝔷 eēntie diuīe vnitatē: ali-
as sctōꝝ autoritates īducam⁹. Moy
ses dic̄: In pncipio creauit deus celū Gen. i.
ꝛ terrā: p deū significās pr̄e𝔷: p pnci-
piū filiū. Et p eo q̄ apud nos de⁹ dr̄:
hebraica ꝟitas h𝔷 heloym: q̄d ē plr̄ale
hui⁹ singularꝭ q̄ ð ē hel. Q̄d ḡ nō ē di-
ctū hel q̄d ē de⁹: s𝔷 heloym q̄d īterptā
ri pōt dij siue iudices: ad plr̄alitatē p-
sonaꝝ refert̄. Ad quā etiā illd̄ attīere
videt̄ q̄d diabol⁹ p serpētē dixit: Eri- Gen. iij
tis sic̄ dij. Pro q̄ in hebraico h̄r helo-
ym: ac si diceret: Eritꝭ sic̄ diuīe psone
Ille etiā maxim⁹ pphaꝝ ꝛ regū Da-
uid: q̄ suā ceteris pfert intelligētiā di
cēs: Sup senes ītellexi: vnitatē diuīe Ps. cxviij.
nature oñdēs ait: Dn̄s nomē ē illi: nō Ps. lxvij.
dicit dn̄i. Alibi etiā eiusdē vnitate𝔷 ꝛ
ter̄nitatē simꝉ oñdēs ait ex psona dei:
Isrl̄ si me audierꝭ nō erit ī te de⁹ recēs Ps. lxxx.
neq𝔷 adorab deū alienū. Aliō hoꝝ vt
dic̄ Ambro. ī li. i. ð tri. significat ter̄ni- Ambrosius
tatē: aliud vnitatē subē īdifferētꝭ: vt
neq𝔷 posteriorē pr̄e: neq𝔷 alteri⁹ diui-
nitatꝭ filiū vl̄ spm̄sctm̄ eē credam⁹. nā
si pr̄e posterior ē fili⁹ vl̄ spūssctūs: re-
cēs ē: ꝛ si vni⁹ nō ē diuinitatꝭ: alien⁹ ē.
S𝔷 nec posterior ē: q𝔷 recēs nō ē: nec
alien⁹: q𝔷 ex pr̄e nat⁹ ē fili⁹ ex pr̄e pce
dit spūssctūs. Alibi q̄𝔷 distictionē pso
naꝝ īsinuās ait: Verbo dn̄i celi firma Ps. xxxij.
ti sūt: ꝛ spū oris ei⁹ oīs ꝟt⁹ eoꝝ. Alibi
etiā ait: Bn̄dicat nos de⁹ de⁹ nr̄ bn̄di Ps. lxvj.
cat nos de⁹ ꝛ metuāt eū oēs fines t̄re
Trina ei ꝯfessio dei: trinitatē expmit
psonaꝝ: vnitatē ꝟo eēntie apit cū sin
gularit̄ sbiūgit eū. Esaias q̄𝔷 dic̄ se au Esaie. vj.
disse seraphin clamātia: Sctūs sctūs
sctūs dn̄s de⁹. Per h̄ q̄ dic̄ ter sctūs:

trinitatē significat: p h̄ q̄d ſb̄dit dñs de⁹ vnitatē eēntie. dauid q̄z eternā filij generatōez apte īſinuat ex pſona filij Pſal.ij. dicēs: Dñs dixit ad me: fili⁹ me⁹ es tu ego hodie genui te. De hac gnatiōe ī Eſaie.liij. effabili eſaias ait: Gnatōez ei⁹ q̄s enarrabit? In li. q̄z Sap. eternitas filij cum Prouer. viij. pr̄e mōſtrat: vbi ſapiā ita loq̄t: Dñs poſſedit me ab initio viaꝝ ſuaꝝ añq̄ q̄cq̄ faceret a pncipio: ab eterno ordiata ſū añq̄ t̄ra fieret: necdū erāt abyſſi ⁊ ego iā ɔcepta erā: necdū fōtes: necdū mōtes aut colles: ⁊ ego pturiebar adhuc t̄rā nō feccrat: ⁊ cardines orb t̄re: qñ pparabat celos aderā: qñ appēdebat fundamēta t̄re: cū eo erā cūcta cōponēs: ⁊ delectabar p ſinglos dies ludēs corā eo. Ecce aptū d̄ eterna genitura teſtimoniū: q̄ ipa ſapiā ꝓhibet ſe añ mūdū ɔceptā eē ⁊ parturiri. i. gēitā ⁊ apd̄ pr̄ez eternalit̄ exiſtē. Ipa etiā alibi ait: Ego ex ore altiſſimi ꝓdij pmogēita añ oēz creaturā. Micheas q̄z Ecci.xxiiij ꝓpha eternā v̄bi gnatiōez ⁊ tpalem ex Michee.v. maria ſil' inſinuauit dicēs: Et tu bethleē ephrata puul⁹ es ī milib⁹ iuda: ex te egredietur q̄ ſit dñator ī iſrl: ⁊ egreſſus ei⁹ ab initio a diebus eternitatis.

Spālia teſtiōia de ſpūſctō. g

De ſpūſcō etiā expſſa documēta ī ve. te. hēm⁹. In geñ. Geñ.i. eñ legit̄: Spūs dñi ferebat̄ ſup aq̄s. Et dauid dic̄: Quo ibo a ſpū tuo? In Ps.cxxxviij. li. Sap. d̄r: Spūſſctūs diſciplīe effugi Sap.j. et fictum: benignus ē eñ ſpūs ſapie. Eſa. q̄z ait: Spūs dñi ſup me. Eſaie.lxj.

De teſtionijs noui teſtamēti h

Nūc v̄o poſt teſtimonia veteri teſtamēti: d̄ fide ſctē trinitati ⁊ vnitati ad noui teſtamēti autoritates accedam⁹ vt ī medio duū aīaliū. i. teſtamētoꝝ: cogſcat̄ v̄itas: ⁊ forcipe de altari ſumat̄ calcul⁹ q̄ tāgant̄ ora fideliū. Dñs itaq̄ xp̄s vnitatē diuine eēntie ac pſonaꝝ trinitatē: apte īſinuat dicēs apl'is: Ite baptizate oēs gētes ī noīe pr̄is ⁊ filij ⁊ ſpūſcti. In noīe vtiq̄ ait. vt Amb. ait ī. j. li. d̄ tri. nō ī noīb⁹: vt vnitas eēntie oñdat̄. p noīa tria q̄ ſuppoſuit: tres eē pſonas declarauit. Ipe etiā ait: Ego ⁊ pater vnū ſum⁹: vnū dixit: vt ait Amb. ī eo dē: ne fiat diſcretio ptāti nature: ⁊ addidit: ſum⁹: vt p̄rez filiūq̄ cogſcas. ſ. vt pfectus pr̄ filiū pfectū genuiſſe credat: ⁊ q̄ pr̄ ⁊ fili⁹ vnū ſint nō ɔfuſione pſone ſ; vnitate nature. Johes q̄z in ep̄la canōica ait: Tres ſūt q̄ teſtioniū ꝓhibēt in celo: pr̄: v̄bū: ⁊ ſpūſſctūs: ⁊ hi tres vnū ſūt. Ipe etiā in initio euāgelij ſui ait: In pncipio erat v̄bū ⁊ v̄bū erat apd̄ deū: ⁊ de⁹ erat v̄bū: vbi apte oñdit filiū ſp ⁊ eternalit̄ fuiſſe apd̄ p̄rez vt aliū apd̄ aliū. Ap̄ls q̄z apte trinitatē diſtiguit dicēs: Miſit de⁹ ſpm̄ filij ſui ī corda nr̄a. ⁊ alibi: Si ſpūs ei⁹ q̄ ſuſcitauit ieſuz hītat ī nob ⁊c. Itez alibi trinitatē atq̄ vnitatē euidētiſſime cōmēdat dicēs: Qm̄ ex ipo ⁊ p ipz ⁊ ī ipo ſunt oīa: ipi glīa. Ex ipo ait: vt Aug. ī li. d̄ tri. ait ꝓpt̄ p̄rez. p ipm̄ dic̄ ꝓpt̄ filiuz: ī ipo ꝓpt̄ ſpm̄ſctm̄. Per h̄ v̄o q̄ nō ait ex ipis: p ipos: ⁊ in ipis: nec ait ipis glīa ſ; ipi: inſinuauit hāc trinitatē vnū deū eē: ſ; q̄ſ ſingule pene ſyllabe noui teſtamēti hāc ieffabilē vnitati atq̄ trinitati veritatē ɔcordit̄ īſinuāt: īductōi teſtionioꝝ ſup hac re ſupſedeamus ⁊ rōnib⁹ cōgruiſq̄ ſimilitudinibus ita eſſe ꝓut īfirmitas noſtra valet: oſtendamus.

1. Joh.v.
Joh.j.
Gal.iiij.
Rom.viij.
Rom.xj.
Aug. d̄ tri. li. ij.c.vj.

Marginalia of the left column (second part): Abacuck.iij. Eſaie.vj. Math.vlt. Ambroſius. Joh.iiij.

Hec eſt ſcd̄a diſtinctio hui⁹ pmi libri: in qua magiſter inq̄ſita ⁊ inuenta materia de qua eſt agendū in hoc volumine: incipit ſm ordinē ꝓmiſſum in pn̄ti diſtinctione tractare de reb⁹. Et pmo de rebus fruibilib⁹ in pmo libro. Scd̄o de rebus vtibilibus in ſcd̄o libro. Tertio de illis rebus que vtibilia ordināt ad fruibilia in tertio libro. De ſignis v̄o poſtea agit in quarto. Prim⁹ itaq̄ liber diuidit̄ in duas ptes pncipales. In q̄ꝝ pma determinat de re fruibili. ſ. de deo ſm ſuā pfectionez in eſſendo. ſ. de eſſentie diuie vnitate: ac pſonaꝝ diſtinctiōe ⁊ emanatione. In ſcd̄a tractat de deo ſm ſuā pfectionē in cauſando. ſ. de attributis diuis et appropatis: ſcia: volūtate: ⁊ bonitate. In pn̄ti diſtinctione mgr̄ tria facit. Primo eñ oñdit modū inueſtigandi vnitatē in trinitate: ⁊ trinitatē in vnitate. Scd̄o ꝓbat vnitatem trinitatis autoritate veteris teſtamēti. Tertio declarat eiuſdē trinitatis vnitatē p noui teſtamēti autoritatē. Primū q̄dez facit a pncipio hui⁹ diſtinctiōis vſq̄ ibi: Proponamus ergo in mediū. Scd̄m aūt abinde vſq̄ ibi: Nūc v̄o poſt teſtimonia. Tertiū vero ab inde vſq̄ ad finem diſtinctionis. In ſpāli eñ ſnīa mgr̄i in hac diſtinctiōe ſtat in tribus ɔcluſiōibus. q̄ꝝ ɔcluſionū pma eſt hec: Neceſſe ē q̄ēlibet catholicū ſola ⁊ etiā pia fide eternā trinitatē in ſumma vnitate affirmare. Et ꝓbat̄ ſic. Hoc optet q̄ēlibet catholicū ſola ⁊ pia fide affirmare q̄d nō ſine fide vel nō niſi credēdo pōt ſciri vel inueſtigari. S; talis ē eterna trinitas in ſumma vnitate: igit̄ eternā trinitatē in ſūma vnitate oportet q̄ēlibet catholicum ſola ⁊ pia fide affirmare. Tenet argumentū. Maiorē ponit mgr̄ in pmo cap̄lo huius diſtinctiōis. Et minorē ꝓbat magr̄ ibidem trāſſumendo autoritatē bt̄i Auguſ.

ſ.de tri.c.ij.dicētis: Trinitas ē vnus ſolus deꝰ pr̄ ⁊ filius ⁊ ſpūſſcūs. Hec trinitas vnius ⁊ eiuſdē ſubſtātie vel eſſentie dicit̄: credit̄ ⁊ intelligit̄: igit̄ ꝯcluſio vera. Scđa ꝯcluſio ē hec: Nulli bono catholico licet in diuinaꝝ ꝑſonaꝝ alietate ſeu diſtinctiōe vl laterꝰ dubitare. Que ꝓbat̄ ſic ꝟtualit̄. In illo nullus bonꝰ catholicꝰ pōt ꝓpt̄ materie arduitatē dubitare in q̄ videt oēs catholicos doctores ex intētiōe vnaniniter ꝯcordare. Sȝ talis ē diuinaꝝ ꝑſonaꝝ alietas vel trinitas in vnitate eēntie: ergo nulli bono catholico licet vllatenus diſtinctionē diuinaruȝ ꝑſonaꝝ dubitare. Tenet argumentum. Sed maiorē ⁊ minorē ponit mgr̄ in ſcđo caplo huiꝰ diſtinctionis: igit̄ concluſio vera. Tertia ꝯcluſio eſt hec: Non obſtat catholicum pluralitatem diuinaꝝ ꝑſonaꝝ autoritatibꝰ ſcp̄ture vtriuſqȝ teſtamēti poſſe cōprobare. Iſta ꝯcluſio ꝓbat̄ ſic: Nā dicit̄ Gen̄.j. Faciamus hominē ad imaginē ⁊ ſimilitudinē noſtrā. In hoc ꝙ dicit: Faciamus pluraliter: oñdit̄ pluralitas ꝑſonaꝝ. Sȝ ꝑ hoc ꝙ dicit imaginē ſingularit̄ oñdit vnitatem eſſentie. Et hāc expoſitionem ꝯfirmat magr̄ autoritate Auguſtini q̄ habet̄ in lr̄a. Et hoc idem ꝓbat magr̄ autoritatibus noui teſtamenti: q̄ patent in textu. Et hec eſt ſententia magr̄i in ſpāli huius diſtinctionis.

DI. III

De trinitate ⁊ vnitate ſm̄ ꝙ credita ꝑ rōne intelligit̄.

Incipit oñdere quō ꝑ creaturaȝ potuerit cognoſci creator a

a Apoſtolꝰ nāqȝ ait: ꝙ inuiſibilia dei a creatura mūdi ꝑ ea q̄ facta ſūt itellecta ꝯſpiciunt̄: ſempit̄na q̄ȝ ꝟtꝰ eius ⁊ diuinitas. (Rom̄.j.) Per creaturā mūdi itelligit̄ hō ꝓpt̄ excellentiā q̄ excellit int̄ alias creaturas: vel ꝓpt̄ ꝯuenientiā quam hȝ cū oī creatura. Hō ḡ iuiſibilia dei intellectu mētis ꝯſpicere potuit vel etiā ꝯſpexit: ꝑ ea q̄ facta ſunt.i.ꝑ creaturas viſibiles vel iuiſibiles. A duobꝰ ei iuuabat̄.ſ.a natura q̄ rōnal̄ erat ⁊ ab opibꝰ a deo fact̄: vt māifeſtaret̄ hoī veritaſ. Idᷣqȝ ap̄ſ dixit: q̄ȝ deus reuelauit ill̄.ſ.dū fec̄ opa: in q̄bꝰ artificis aliq̄tenus relucet indicium. (Rom̄.j.)

Prima ratio vel modus quō potuit cognoſci deus. b

(Ambroſius.) Nā ſic ait ābroſiꝰ: Ut deꝰ q̄ natura iuiſibil̄ ē: etiā a viſibilibꝰ poſſet ſciri: opꝰ fecit qđ opificē viſibilitate ſui māifeſtauit: vt ꝑ certū incertū poſſet ſciri. ⁊ ille deꝰ oīuȝ eſſe crederet̄: q̄ h̄ fec̄ qđ ab hoīe īpoſſibile ē fieri. Potuerūt ḡ coḡſcere ſiue cognouerūt vltra oēȝ creaturā eſſe illū q̄ ea fecit: q̄ nulla creaturaꝝ facere vl̄ deſtruere valet. Accedat q̄cunqȝ vis creatura: ⁊ faciat tale celū ⁊ t̄rā: ⁊ dicā q̄ȝ deꝰ ē. Sȝ q̄ȝ nulla creatura talia facere valet: ꝯſtat ſup oēȝ creaturaȝ eſſe illū q̄ ea fecit. ac ꝑ h̄ illū eſſe deum hūana mēs cognoſcere potuit.

Scđa rō q̄ potuit cognoſci: vel modus quo nouerūt. c

Alio etiaȝ mō dei veritatē ductu rōnis coḡſcere potuerūt: vel etiā coḡuerūt. vt em̄ Aug. ait in li.viij. ciui.dei. (Aug.in.viij. li.de ci.dei) Viderunt ſummi phi nullū corpꝰ eſſe deū: ⁊ iō cūcta corpa trāſcēderūt q̄rētes deū: viderūt etiā q̄cq̄d mutabile ē nō eſſe ſūmū deū omniūqȝ ꝑncipium: ⁊ iō oēȝ aīaȝ mutabileſqȝ ſpūs trāſcēderūt. Deīde vider̄t (Idē in eodem) oīe qđ mutabile ē nō poſſe eē niſi ab illo q̄ icōmutabilit̄ ⁊ ſimpl̄r ē. Intellexerunt ergo eum ⁊ oīa iſta feciſſe: ⁊ a nullo fieri potuiſſe.

Tertia rō vel modus. d

(Auguſtinus) Conſiderauerūt etiā q̄cq̄d ē in ſubſtātijs: vel corpꝰ eē vel ſpm̄: meliuſqȝ aliquid ſpm̄ eſſe q̄ȝ corpus. ſȝ longe meliorē qui ſpm̄ fecit ⁊ corpus.

Quartus modus vel rō. e

Intellexerūt etiā corpis ſpēȝ eē ſenſibilē: ⁊ ſpūs ſpēȝ itelligibilē: ⁊ ītelligibilē ſpēȝ ſenſibili ꝑtuler̄t. Sēſibilia dicimꝰ q̄ viſu tactuqȝ corpis ſentiri queūt. ītelligibilia q̄ ꝯſpectu mēt̄ pñt itelligi. Cū ḡ in eoꝝ ꝯſpectu ⁊ corpꝰ ⁊ animꝰ magl̄ minuſqȝ ſpecioſa eēnt: ſi āt oī ſpecie carere poſſent: oīno nll̄a eēnt: vider̄t eſſe aliq̄d q̄ illa ſpecioſa facta ſūt: vbi ē ꝑma ⁊ incōmutabil̄ ſpēs: iōqȝ incōpabil̄ ⁊ illđ eē reꝝ ꝑncipiū rectiſſime crediderūt: qđ factū nō eēt: ⁊ ex q̄ cūcta facta eſſent. Ecce tot modis potuit coḡſci veritas dei. Cū ḡ deus vna ſit ⁊ ſimplex eēntia: q̄ ex nll̄a diuerſitate ꝑtiū vel accidentiū ꝯſiſtit: pluralit̄ tñ dicit ap̄ls: Inuiſibilia dei: q̄ȝ pluribus modis cognoſcit̄ veritaſ dei ꝑ ea q̄ facta ſunt. Ex ꝑpetuitate nāqȝ creaturarū intelligit̄ ꝯditor et̄nus: ex magnitudine creaturaꝝ omnipotens: ex ordine ⁊ diſpoſitione ſapiēs: ex gubernatōe bonus. Hec aūt oīa ad vnitatē deitatis ꝑtinent monſtrandam.

Quō in creaturis apparet vestigium trinitatis. f

Nūc restat ondēre: vtrū p ea q̄ facta sunt aliqd trinitatis īdiciū vl' exiguū hr̄i potuerit. De hoc Aug. in li. vj. de tri. ait: Oportet vt creatorē p ea q̄ facta sunt ītellectu cōspiciētes trinitatē ītelligam⁹. Huius em̄ trinitatꝭ vestigiū ī creaturis apparet. Hec em̄ q̄ arte diuīa facta sunt et vnitatē q̄ndā in se ondūt ꝛ spēz ꝛ ordinez. Nā qdq3 hoꝝ creatoꝝ ꝛ vnū aliqd ē: sic̄ sunt nature corpoꝝ ꝛ ingenia aīaꝝ. ꝛ aliq̄ specie formaꝛ: sic̄ sūt figure vl' q̄litates corpoꝝ ac doctrīe vl' artes aīaꝝ: ꝛ ordinē aliquē petit aut tenet: sic̄ sūt pōdera vl' collocatōes corpoꝝ: ꝛ amores vl' delectatōes aīaꝝ: ꝛ ita ī creaturꝭ ꝑlucet vestigiū trinitatꝭ: In illa eī trinitate sūma origo ē oīm reꝝ ꝛ pfectissima pulchritudo: ꝛ btissima delectatio. Sūma autē origo (vt Aug. ondit ī li. d' vera religiōe) ītelligit de⁹ pr̄ a q̄ sūt oīa: a q̄ fili⁹ ꝛ spūssanctus. pfectissima pulchritudo ītelligit fili⁹. s. veritas pr̄is nll'a ex pte ei dissil'is quē cū ipo ꝛ in ipo pr̄e veneramur: q̄ forma ē oīm q̄ ab ītio facta sunt ꝛ ad vnū referūt. q̄ tn̄ oīa nec fierēt a pr̄e p filiū: neq3 suis finib⁹ salua eēnt: nisi de⁹ sūme bon⁹ eēt: q̄ ꝛ nll'i nature q̄ ab illo bōa eēt īuidit: ꝛ vt ī bono ipo maneret: alia q̄ntū vellet: alia q̄ntū posset dedit. q̄ boītas ītelligit spūssctūs q̄ ē donū pr̄is ꝛ filij: q̄re ipm donū dei cū pr̄e ꝛ filio eq̄ incōmutabile colere ꝛ tenere nos ꝯueīt. Per ꝯsideratōez itaq3 creaturaꝝ vni⁹ sube trinitatē ītelligim⁹. s. vnū deū pr̄ez a q̄ sum⁹ ꝛ filiuz p quē sum⁹: ꝛ spm̄sctm̄ in q̄ sum⁹. s. pncipiū ad qd recurrim⁹: ꝛ formā quaz seq̄mur: ꝛ gr̄az q̄ recōciliamur vnū. s. q̄ auctore ꝯditi sum⁹: ꝛ silitudinē ei⁹ p quā ad vnitatē reformamur. ꝛ pacez q̄ vnitati adherem⁹. s. deū q̄ dixit: Fiat: ꝛ vbū p qd factū ē om̄e qd sbstātialit ꝛ naturalit ē ꝛ donū benignitatis ei⁹: q̄ placuit qd ab eo p vbū factū ē. ꝛ recōciliatū ē autori vt nō interiret. Ecce onsuz ē q̄lit in creaturꝭ aliq̄ten⁹ imago trinitatꝭ īdicaꝛ: nō eī p creaturaꝝ ꝯtēplationē sufficiēs noticia trinitatꝭ pōt hr̄i vel potuit sine doctrīe vl' interioris inspiratōis reuelatōe. Vn̄ illi antiq̄ phi q̄si p vmbrā ꝛ de lōginq̄ viderūt veritatē: deficientes in ꝯtuitu trinitatis: vt magi pharaōis ī tertio signo. Adiuuamur tn̄ in fide inuisibilium p ea q̄ facta sunt.

Aug. d' tri. li. vj. c. x.

Quō ī aīa sit imago trinitatis g

Nūc vo ad eā īaz puenim⁹ disputationez: vbi in mente hūana q̄ nouit deū vel pōt nosse trinitatis imaginez repiamus. Ut em̄ ait Aug. in. xiiij. li. de tri. Licet humana mēs nō sit ei⁹ nature cui⁹ de⁹ ē: imago tn̄ illius q̄ nihil melius ē: ibi q̄rēda ꝛ īueniēda ē q̄ natura nr̄a nil hz meli⁹. i. in mēte. In ipa etiā mēte an̄q3 sit pticeps dei eius imago repit. ꝛ si em̄ amissa dei pticipatōe deformis sit imago dei tn̄ pmāet. Eo eī ipo imago dei est mēs q̄ capax eius ē eiusq3 pticeps esse pōt. Iā ḡ in ea trinitatē q̄ deus ē inq̄ramus. Ecce eī mēs memīt sui: ītelligit se: diligit se: h̄ si cernim⁹: cernimus trinitatē, nōdū q̄dē deū s3 imaginē dei. Hic eī q̄dā apparet trinitas memorie: ītelligētie: ꝛ amoris. Hec ḡ tria potissimū tractemus: mēoriā: intelligētiā: volūtatē. Hec ḡ tria vt Augus. ait in li. x. de tri. nō sunt tres vite s3 vna vita: nec tres mētes s3 vna mēs vna essentia. Mēoria vo dr̄ ad aliq̄d ꝛ intelligētia ꝛ volūtas siue dilectio sil'r ad aliquid dicit: vita vo dicit ad seipam: ꝛ mens ꝛ essentia. Hec ḡ tria: eo vnū sunt q̄ vna vita: vna mēs: vna essentia. ꝛ q̄cq̄d aliud ad seipa singula dicunt etiā simul nō pluralit s3 singulariter dicunt. Eo vero tria sunt q̄ ad seinuicem referunt.

Aug. d' tri. li. xiiij. c. viij.

Tria ondit eē in aīa q̄ relatiue dicunt ꝛ eq̄lia sunt. s. mēoriā: ītelligētiā ꝛ dilectionez.

Aug. d' tri. li. x. c. xj. Subtilissima ꝛ cōgrua similitudo.

Quō eq̄lia sint q2 capiunt a singulis oīa ꝛ tota. h

Eq̄lia etiā sunt nō solū singula singul': s3 etiā singula oībus: alioq̄n nō seinuicē capent: se aūt inuicē capiūt. Capiūt eī ꝛ a singul' singula ꝛ a singul' oīa. Memini em̄ me habere memoriā ꝛ intelligentiā ꝛ voluntatē: ꝛ ītelligo me ītelligere ꝛ velle atq3 meminisse: ꝛ volo me velle ꝛ meminisse ꝛ intelligere.

Augustinus hic ondit quō oīa a singulis capiunt.

Quomodo tota illa tria memoria capiat. i

Totāqꝫ meā mēoria ꝛ intelligētiā ꝛ volūtatē silr memi. Qđ ei mēorie mee nō memi: illđ nō ē in mēoria mea: nihil āt tā in mēoria ē ꝙ ipa mēoria: totā ğ memi. Itē qcqd intelligo: ītelligere me scio: ꝛ scio me velle qcqd volo: qcqd āt scio memi. Totā ğ intelligentiā totāqꝫ voluntatem meam memini.

Quomodo illa tria tota capiat intelligentia. k

Augustinus. Silr cū hec tria intelligo: tota silr intelligo. neqꝫ ei qcqꝫ intelligibiliū ē qđ nō intelligā nisi qđ ignoro. Qđ āt ignoro: nec memi: nec volo. Quicqd ğ intelligibiliū nō ītelligo: ꝯseqnter etiā nec memi nec volo. Quicqd ğ intelligibiliū memini et volo: ꝯsequēter intelligo.

Quō illa tota capiat volūtas l

Augustinus. Volūtas etiā mea totā ītelligētiā totāqꝫ meā mēoriā capit: dū vtor toto eo qđ ītelligo ꝛ memini. cū itaqꝫ īuicē a singulr ꝛ oīa ꝛ tota capiāt: eqlia sunt tota singula totl singulr: ꝛ tota singla silr oībꝫ totl: ꝛ hec tria vnū: vna vita: vna mēs: vna eēntia. Ecce illiꝰ sūme vnitatl atqꝫ trinitatis: vbi vna ē eēntia ꝛ tres ꝑsone: imago ē hūana mēs: lꝫ īpar. Mēs aūt h ꝓ aīo ipo accipit: vbi ē illa imago trinitatl: ꝓprie xo mēs dr: vt ait Aug. nō ipa aīa: sꝫ qđ in ea ē excellētiꝰ qlit sepe accipit. Illđ etiā sciēdū ē ꝙ mēoria nō solū est absentiuꝫ ꝛ ꝑteritoꝝ: sꝫ etiā pn̄tiū: vt ait Aug. in. xiiij. li. đ tri. alioquin non se capet.

Ex quo sensu illa tria dicant esse vnū ꝛ vna essentia grit. m

Hic attēdēdū ē diligēter ex q sensu accipiendū sit qđ supra dixit illa tria. s. mēoriā: ītelligētiā ꝛ volūtatē eē vnū: vnā mētē: vnā eēntiā: qđ vtiqꝫ nō videt eē veꝝ iux ꝓpꝛetatē ꝟmōis. Mēs ei. i. spūs rōnalr essentia ē spūalr ꝛ īcorpea. Illa xo tria naturales ꝓꝑetates seu vires sūt ipius mētl: ꝛ a seinuicē differūt: qꝛ mēoria nō est intelligētia vl volūtas: nec intelligentia voluntas siue amor. Qꝛ etiam ad seinuicem dicūtur relatiue. n

Aug. đ tri. li. ix. c. ij. Et hec tria etiā ad seipa referūt: vt ait Aug. l. ix. li. đ tri. Mēs ei amare seipaꝫ vl memīsse nō pōt: nisi etiā nouerit se. Nā quō amat vel memīt qđ nescit. Magister. Miro itaqꝫ mō tria ista īsepabilia sūt a seipis: ꝛ tn̄ eorū singulū ꝛ silr oīa vna eēntia ē: cū et relatiue dicant ad inuicem.

Hic capit qđ supra querebat. s. quō hec tria dicant vnū. o

Sꝫ iā vidēdū est quō h tria dicāt vna suba. Iđ qꝛ. s. in ipa aīa vl mēte sbalit existūt: n̄ sic accidētia ī sbiectl q pn̄t adesse vel abesse. Aug. đ tri. li. ix. c. iiij. vn̄ Aug. l. ix. li. đ tri. ait: Admōemur si vtcūqꝫ videre possumꝰ: h in aīo existē subalit tāqꝫ ī sbiecto: vt color ī corpe qꝛ ꝛ si relatiue dicūt ad īuicē: singula tn̄ subalit sūt ī suba sua. Magister. Ecce ex q sensu illa tria dicant eē vnū vl vna suba. Aug đ tri. li. xv. c. xix. Que tria vt Aug. ait in. xv. li. đ tri. in mēte nālit diuinitꝰ īstituta qsqs viuacit ꝑspicit: ꝛ ꝙ magnū sit ī ea: vn̄ pōt etiā sempitna īmutabilisqꝫ nā recoli: ꝑspici: ꝯcupisci: remīscit em̄ ꝑ memoriā: intuet ꝑ intelligētiā: amplectit ꝑ dilectionem: ꝑfecto repit illius summe trinitatis imaginem.

Qꝛ in illa similitudine est dissimilitudo. p

Veruntn̄ caueat ne hanc imaginē ab eadē trinitate factā ita ei cōparet: vt oīno existimet similē: sꝫ potius in qlicūqꝫ ista silitudīe magnā qꝫ dissimilitudinē cernat.

Prima dissimilitudo. q

Qđ breuiter oñdi pōt. Hōvnꝰ ꝑ ista tria memīt: ītelligit diligit: q nec mēoria ē: nec ītelligētia nec dilectio sꝫ h hꝫ. Unꝰ ğ hō ē: q hꝫ h tria: n̄ ipe ē hec tria. In illiꝰ xo sūma simplicitate nature q deꝰ ē ꝙuis vnꝰ sit deꝰ tn̄ tres ꝑsone sunt: pr ꝛ filius ꝛ spūsscūs: ꝛ he tres ꝑsone sūt vnꝰ deꝰ. Aliđ ē itaqꝫ trinitas res ipa: aliđ imago trinitatis in re alia: ꝓpt quā imaginē etiā illđ in q sunt hec tria: imago dicit. s. hō. Sic imago dicit ꝛ tabula ꝛ

Qꝛ ꝓpter illa tria hō dicitur imago.

pictura q̃ est in ea: sꝫ tabula noı̄e imaginis appellat̃ ꝓpt̃ picturā q̃ est ı̄ ea.

Altera dissilitudo. r

Rursus ista imago q̄ ē hō hn̄s illa tria: vna ꝑsona ē. illa ꝟo trinitas ñ vna ꝑsona ē: sꝫ tres ꝑsone: pr̄ filij: ꝛ fili⁹ p̄ris: ꝛ sp̄us p̄ris ꝛ filij. Itaqꝫ ı̄ ista imagīe trinitatꝭ ñ h̄ tria vnus hō: sꝫ vni⁹ hoīs sunt. In illa ꝟo sūma trinitate cui⁹ h̄ imago ē: nō vni⁹ dei sūt illa tria: sꝫ vn⁹ de⁹. ꝛ tres sūt ille ꝑsone ñ vna ꝑsona. Illa eı̄ tria ñ hō sūt: sꝫ hoīs sūt: vl̄ ı̄ hoīe sūt. Sꝫ nūqd possum⁹ dicē trinitatē sic eē ı̄ deo vt aliqd dei sit nec ip̄a sit de⁹? Absit vt h̄ credam⁹. Dicam⁹ ḡ ı̄ mēte nr̄a imaginē trinitatꝭ: sꝫ exiguā ꝛ q̄lecūqꝫ esse q̄ sūme trinitatis ita gerit silitudinē: vt ex maxia ꝑte sit dissilis. Sciēdū ꝟo ē q hec trinitas mētꝭ (vt ait Aug. ı̄. xiiij li. d̄ tri.) nō ꝓpt̃ea tm̄ imago dei ē: q: sui memīerit mēs ꝛ ı̄telligit ac diligit se: sꝫ q: pōt etiā memīsse ꝛ ı̄telligere ꝛ amare illū a quo facta est.

Aug. d̄ tri. li. xiiij. c. xij.

Alia assignatio trinitatꝭ in aīa. s. mens: noticia: amor. s

Pōt etiaꝫ alio mō alijsqꝫ noīb⁹ distigui trinitas in aīa q̄ est imago illi⁹ summe ꝛ ıeffabilꝭ trinitatis. vt eı̄ ait Aug. in. ix. li. d̄ tri. Mēs ꝛ noticia eius ꝛ amor tria q̄daꝫ sunt. Mēs eı̄ nouit se ꝛ amat se: nec amare se pōt nisi etiā nouerit se. Duo q̄dā sunt mēs ꝛ noticia ei⁹. Itē duo q̄daꝫ sūt mēs ꝛ amor ei⁹. Cū ḡ se nouit mēs ꝛ amat se: māet trinitas. s. mēs: amor ꝛ noticia. Mēs āt h̄ accipit̃ nō ꝓ aīa sꝫ ꝓ eo qd̄ ı̄ aīa excellēti⁹ ē. Hec āt tria cū sint distincta a seinuiceꝫ: dicunt̃ tm̄ esse vnum: quia in animo substantialiter existunt.

Aug. d̄ tri. li. ix. c. iiij

Ibidem

Quō ea dicāt̃ esse vnum.

Quia mēs vice p̄ris: noticia filij amor sp̄ussctūs accipit̃. t

Et est ip̄a mēs q̄si parēs: ꝛ noticia ei⁹ q̄si ꝑles ei⁹. Mēs em̄ cū se cog̊scit: noticiā sui gignit: ꝛ ē sola parēs sue noticie. Terti⁹ ē amor q̄ d̄ ip̄a mēte ꝛ noticia ꝓcedit dū mēs cog̊scit se ꝛ diligit se. nō eı̄ posset se diligē: nisi cog̊sceret se. Amat etiā placitā ꝓlē. i. noticiā suā: ꝛ ita amor q̄dam complexus est parentis ꝛ ꝓlis.

Q: nō est minor mēte noticia nec amor vtroqꝫ. v

Nec ē mīor ꝓles parēte: dū tantā se nouit mēs q̄ta est nec minor est amor parēte ꝛ ꝓle. i. mēte ꝛ noticia: dum tantū se diligit mēs q̄tum se nouit ꝛ q̄ta est.

Q: hec tria in seip̄is sunt. x

Sūt etiam hec singula ı̄ seip̄is: q: ꝛ mēs amās ı̄ amore est: ꝛ amor ı̄ amātꝭ noticia: ꝛ noticia ı̄ mēte noscēte ē. Ecce ı̄ his tribus q̄lecūqꝫ vestigiū trinitatis apparet.

Quō mens ꝑ ista ꝓficit ad intelligendum deū. y

Mēs itaqꝫ rōnalꝭ ꝯsiderās hec tria: ꝛ illā vnā essentiaꝫ in q̄ ista sunt: extēdit se ad ꝯtēplatōeꝫ creatoris: ꝛ videt vnitatē in trinitate ꝛ trinitateꝫ in vnitate. Intelligit em̄ vnū deū eē: vnā eēntiā: vnū p̄ncipiū. Intelligit em̄: q: si duo eēnt vel vt̃qꝫ insufficiēs esset: vel alt̃ supflueret: q: si aliqd deesset vni qd̄ haberet alter: nō esset ibi summa ꝑfectio. Si ꝟo nihil vni deesset qd̄ haberet alter: cum in vno essent oīa: alter supflueret. Intellexit ergo vnū esse deuꝫ omniū auctorē: ꝛ vidit q: absqꝫ sapīa nō sit q̄si res fatua: ꝛ ideo intellexit eum habere sapiam q̄ ab ip̄o genita est: ꝛ q: sapientiam suam diligit: intellexit etiaꝫ ibi esse amorem.

Hic d̄ sūma trinitatꝭ vnitate z

Qua ꝓpter iuxta istā ꝯsiderationē (vt ait Aug. in. ix. li. de tri.) credamus p̄reꝫ ꝛ filiuꝫ ꝛ sp̄m sctm̄ vnū esse deū: vniuerse creature ꝯditorē ꝛ rectorē: nec p̄reꝫ esse filiuꝫ: nec sp̄m sctm̄ vel patrem esse vel filiū: sed trinitatem relataꝝ adinuicem ꝑsonarū. Ut em̄ ait ip̄e in libro de fide ad Petrū: Una est natura siue essentia p̄ris ꝛ filij ꝛ sp̄ussci: nō vna ꝑsona. Si em̄ sic esset vna ꝑsona: sic est vna substātia p̄ris ꝛ filij ꝛ sp̄ussci: veracit̃ trinitas nō diceret̃. Rursus q̄dē trinitas esset vera: sꝫ vnus de⁹ trinitas ip̄a nō esset: si queadmodū pater ꝛ fi-

Aug. d̄ tri. li. ix. c. j.

lius ⁊ spūssanctus ꝑsonaꝝ sunt ab inuicem ꝓprietate distincti: sic fuissent quoqꝫ naturarū diuersitate discreti. Fides aūt patriarchaꝝ ꝓphetaꝝ atqꝫ apl'oꝝ vnum deum p̄dicat trinitatem esse. In illa ĝ sancta trinitate vnus ē deus pater q̄ solus essentialit᷑ de seipso filiū vnū genuit: ⁊ vnus filius est q̄ de vno patre solus essentialit᷑ natus ⁊ vnus spūssanctus q̄ solus essentialiter a p̄re filioqꝫ ꝓcedit. Hoc aūt totū nō pōt vna ꝑsona. i. gignere se ⁊ nasci
Aug. d' tri. li. j. c. j. de se ⁊ ꝓcedere de se. vt em̄ ait Aug. in. j. li. de tri. Nulla res est q̄ seip̄m gignat vt sit.

Ista ē distinctio tertia huius primi libri: in q̄ mgr̄ ōn̄sa in p̄cedenti distinctione ꝑsonaꝝ trinitate ⁊ essentie vnitate ꝑ scripturas ōn̄dit hoc idem ꝑ rōnes ⁊ creaturas. Et circa hoc q̄ttuor facit. Primo em̄ ōn̄dit ꝑ rōnes naturales diuīe essentie vnitatē. Scđo igit ꝑ sil'itudinē vestigij diuinaꝝ ꝑsonaꝝ pluralitatē. Tertio ōn̄dit vtrūqꝫ ꝑ assimilationē imagīs mētis create. Quarto mālfestat oēs assil'ationes creaturaꝝ ad deū ꝑ insufficientiā ⁊ ineq̄litatē. Primum facit a p̄ncipio distinctionis vsqꝫ ibi: Nūc restat ōn̄dere. Scđm fac̄ ab inde vsqꝫ ibi: Nūc v'o ad eā. Tertiū v'o subiūgit ab īde vsqꝫ ibi: Veruntn̄ caueat ne hāc imaginē. Quartū v'o facit ab illo vsqꝫ ad finē hu9 distinctiōis. Et hec ē sn̄ia mgr̄i hu9 distictiōis in generali. In spāli sn̄ia mgr̄i in hac distinctiōe stat in q̄ttuor ꝓpositiōib9: quaꝝ p̄ma ē hec: Unitas diuīe essentie pōt ꝑ rōnes naturales quodāmodo indagari. Ista ꝓpositio ꝓbat᷑ p̄mo autoritate apl'i dicētis: Qꝛ inuisibilia dei a creatura mūdi ꝑ ea q̄ facta sunt ītellecta ꝯspiciunt᷑. Et exponit ꝙ ꝑ creaturā mūdi notat hoīem ꝓpter nature dignitatē ⁊ cōuenientiā quā hꝫ cum omni creatura. Vn̄ ꝓponit ꝙ hō auxilio naturalis rōnis ⁊ inspectione creaturaꝝ in cognitionē dei ꝑuenire pōt. Scđo ꝓbat vnitatē diuīe eēntie q̄ttuor rōnib9: q̄ꝝ p̄ma sic formari pōt: Quicūqꝫ fecit qđ nulla creatura facere pōt: ille ē potētissimus. Sꝫ q̄ fecit celū ⁊ terram ex nihilo fecit qđ nulla creatura facere pōt. ille igit᷑ ē potētissim9. sꝫ nullus fecit celū ⁊ terrā ex nihilo nisi solus de9: igit᷑ solus de9 ē potētissimus. Hāc rōnē ꝯfirmat mgr̄ autoritate Amb dicētis: Deus q̄ natura īuisibilis ē vt etiā a visibilibus posset sciri: op9 fecit qđ opificem visibilitate sui manifestauit: vbi in p̄mo capl'o hu9 distinctiōis intellectū rōnis p̄dicte apte explicat. Scđa rō: Qui fecit oīa mutabilia īmutabilissim9 ē: sꝫ q̄ fecit corꝑa ⁊ spūs mutabiles ille fecit oīa mutabilia. igit᷑ ille īmutabilissim9. sꝫ ex q̄ hoc nullus fecit nisi deus: seq̄tur ꝙ solus deus sit īmutabilissimus. Istā rōnē cōfirmat mgr̄ autoritate beati Aug. in li. de ciui. dei dicētis: Viderūt summj p̄hi nullū corpus esse deū: ideo cūcta corꝑa trāscenderūt q̄rētes deū. Viderūt etiā nullū mutabile posse esse summū bonū omniūqꝫ p̄ncipiū: sꝫ qđlibet tale opꝫtet eē ab alio. Tertia rō format᷑ sic: Qui fecit oīa bona ⁊ meliora optim9 est: sꝫ q̄ fecit oīa spūalia ⁊ corꝑalia ē hmōi. igit᷑ ille ē optim9: sed nullus fecit ea nisi solus deus. sequit᷑ ĝ ꝙ ip̄e solus deus sit optimus. Hāc rōnem mgr̄ confirmat ex ꝓprijs in tertio capl'o distinctiōis. Quarta ratio est: Qui fecit omnia pulchra ⁊ pulchriora: pulcherrimus ē ip̄e: sed qui fecit omnia corꝑalia ⁊ spūalia ē hmōi. igit᷑ ille ē pulcherrimus. sꝫ nullus hoc fecit nisi solus deus: igit᷑ solus deus ē pulcherrimus. Hanc rationē ponit mgr̄ fundamētaliter in quarto capl'o huius distinctionis. Et ex his q̄ttuor rationibus mgr̄ nitit᷑ arguere ⁊ ꝓbare vnitatē diuine essentie. qđ patet sic: Naꝫ ip̄e q̄ttuor rationes deū esse ꝯcludunt potentissimū: imutabilissimū: optimum ⁊ pulcherrimum. sed īpossibile ē ꝙ sint plures potentissimi vel plures īmutabilissimi: optimi: aut pulcherrimi q̄ꝫ solus deus: qꝛ si essent duo tales vnus esset suꝑfluus: ⁊ alter diminutus: quoꝝ vtrūqꝫ ē inconueniēs. Relinquit᷑ igit᷑ ex his rationibus ꝙ nō sit nisi vnus deus: ⁊ ꝑ ꝯsequens p̄ma ꝓpositio vera. Scđa ꝓpositio ē hec: Trinitas diuinarum ꝑsonaꝝ pōt ꝑ vestigiales sil'itudines a nobis quodāmodo inuestigari. Hanc ꝓpositionem ponit magr̄ sn̄ialiter in quinto capl'o huius distinctionis vbi transsumit dictum Aug. vj. de trini. dicentis: Oportet vt creatorem ꝑ ea que facta sunt intellectu cōspicientes intelligamus: huius em̄ trinitatis vestigium apparet. Hec em̄ que arte diuina facta sunt: ⁊ vnitatem quandā in se ostendunt: ⁊ speciem ⁊ ordinem: que tribus ꝑsonis appropriant᷑. Nam qđlibet hoꝝ creatoꝝ ⁊ vnum aliquid est: sicut sunt nature corpoꝝ ⁊ animaꝝ. Et aliqua specie formāt᷑ sicut sunt figure ⁊ qualitates corpoꝝ ⁊ doctrine ac artes animarum. Et ordinem aliquē petit ⁊ tenet: sicut sunt pondera: collocationes corporuꝫ: ⁊ amores vel delectationes animaꝝ. Hec autem tria tribus ꝑsonis appropriant᷑: ⁊ ita in creaturis relucet vestigium trinitatis. Ex quibus patet p̄dictam ꝓpositionem esse veram. Subdit ꝙ ꝑ creaturaꝝ cognitionem sufficiens trinitatis cognitio haberi nō pōt: sine interioris inspirationis reuelatōe. Tertia ꝓpositio est hec: Diuine essentie vnitatem: ac ꝑsonaꝝ trinitatem ꝑ imaginem create mentis possumus exp̄sse ꝯtemplari. Que ꝓbat᷑ sic: Quecunqꝫ p̄nt in imagine creata cognosci: illa etiā de imagine increata p̄nt ductu luminis rationis naturalis speculari. Sed in mente nostra inq̄ꝫtū est imago deitatis possumus cognoscere quodāmodo vnitatem in trinitate: ac trinitateꝫ in vnitate: igit᷑ in mente nr̄a possumus exp̄sse ꝯtēplari trinitatē in vnitate ⁊ ecōuerso: vt dicit ꝓpositio. Tenet argumētū ⁊ maior. Sed minorē ꝓbat mgr̄ diffuse sic dicens: Sicut in deo ē diuina essentia ⁊ tres ꝑsone inter se distincte: ⁊ sicut iste tres ꝑsone distinguunt᷑ ɓm varias coꝝ ꝓcessiones: qꝛ pater intelligendo se format verbū: ⁊ sic ꝑ modū intellectus ꝓducit filiū. Pater aūt cū filio diligendo seip̄os mutuo ꝑ modū voluntatis: simul spirant spm̄sanctū. Ita etiam mens nr̄a cū seip̄aꝫ actualiter intelligit ex memoria ꝓducit intellectum: ⁊ tandē ex memoria ⁊ intellectu ꝓducit volūtatem. Et sicut ꝑsone diuine inter se sunt eq̄les: ita ꝙ vna non ē minus q̄ꝫ oēs: neqꝫ oēs sunt magis q̄ꝫ vna: sic q̄libet haꝝ potentiaꝝ capit oēs tres: ⁊ oēs tres capiūt vnāquāqꝫ ip̄aꝝ: ⁊ sic de similibus. ⁊ sic ꝓpositio vera. Quarta ꝓpositio ē hec: Qꝛ nulla imago trinitatis create est sine magna dissimilitudine trinitatis increate rep̄ntata. Et ꝓbat᷑ sic: Inter q̄cūqꝫ est realis differentia cum notabili dissimilitudine: inter ea nō pōt esse similitudo sine magna deformitate. Sed inter omnem imaginē trinitatis create ⁊ trinitatē increatā ē realis differētia cum notabili dissimilitudine. Igit᷑ inter ea non pōt esse dissimilitudo sine magna deformitate: ꝑ consequens vna non pōt esse alterius adequate rep̄sentatiua: vt asserit ꝓpositio ꝓbanda. Tenet argumentum ⁊ etiam maior ꝓpositio. Sꝫ minorem po-

nit magister in textu: assignãs duas diuersitates in quib⁹ trinitas creata differt a trinitate increata q̃rum prima est. q̄ deus trinitas que est pater: filius et spũssanct⁹: cui homo ſm has tres pſonas assimilat᷑ p tres vires anĩe sue: cuiusmodi sunt memoria intellectus et voluntas: ille tres pſone sunt vn⁹ deus essentialit᷑: ⁊ ecõuerso vn⁹ deus est iste tres pſone: sed homo qui p tres istas vires anĩe imago dei dr: nõ est iste tres potẽtie: sꝫ dr eas hr̃e: cuiusmodi de⁹ trinitas ẽ tres pſone. Secũda dissimilitudo est scꝫ q̄ pater ⁊ fili⁹ ⁊ spũssanct⁹ sunt tres pſone: sed memoria intellect⁹ volũtas nõ sunt persone: sed bene sunt tres potentie vnius pſone. igit᷑ ⁊c̃.

Hic querit᷑ vtrũ cõcedendũ sit q̄ deus se genuerit. a

DI. IIII De cõparatione generationis ad ẽminũ eẽntialem ꝯcretũ qualis ẽ h̃ nomen deus.

b Hic querit᷑ q̃stio satis necessaria. Cõstat ei ⁊ irrefragabilit᷑ verũ ẽ: q̄ de⁹ pr̃ genuit filiũ. Ideo q̃rit᷑ vtrũ cõcedẽdũ sit q̄ deus genuit deũ. Si eñ de⁹ genuit deũ: videt᷑ q̄ aut se deũ: aut aliũ deũ genuerit. Si vero aliũ deũ genuit: nõ est tãtũ vn⁹ de⁹. Si aũt seipm̃ deũ genuit: aliq̃ res seipam genuit. Solutio. Ad q̇d rñdẽtes dicim⁹ sane ⁊ catholice ꝯcedi q̄ vn⁹ vnũ genuit: ⁊ q̄ deus deum genuit: qꝛ de⁹ pater deũ filium genuit. In simbolo q̇ꝫ scriptum est: Lumen d̃ lumine: deũ verũ de deo vero. Qd̃ vero addit᷑: q̇ genuit se deum vel aliũ deum: neutrũ concedendũ esse dicimus. Q aliũ deũ nõ genuit: mãifestũ ẽ: qꝛ vn⁹ tm̃ de⁹ ẽ. Q aũt seipm̃ nõ genuit: ostẽdit Aug. in. j. lib. de tri. dicens: Qui putant eius potẽtie esse deum: vt seipm̃ ipse genuerit: eo plus errãt: q̄ nõ soluꝫ deus ita nõ est: h̃ nec spũalis necꝫ corpalis creatura. Nulla eñ res est q̄ seipaꝫ gignat vt sit et ideo non est credendum vel dicenduꝫ q̄ deus genuit se.

Aug. d̃ tri. li. pmo ca. j.

Alia questio de eodem. b

Sed adhuc oppo nũt garruli ratiocinatores dicẽtes: Si deus pater genuit deũ: aut genuit deũ qui ẽ deus pater: aut deũ qui nõ est de⁹ pater. Si genuit deũ qui nõ est pater: ergo de⁹ est qui non est deus pater: nõ ergo vnus tm̃ deus est. Si vero genuit deũ qui ẽ deus pater: ergo genuit seipm̃. Ad quod respondemus determinãtes istam ꝓpositionem: qua sic ꝓponunt: Si deus pater genuit deuꝫ: aut deũ qui est deus pater aut deum qui non est deus pater. Hoc eñ sane ⁊ praue intelligi potest: et ideo respondenduꝫ est ita: Deus pater genuit deum qui est ipse pater. Hoc dicimus esse falsũ ⁊ cõcedimus alterã scꝫ genuit deũ qui nõ est pater: nec tamen genuit alterũ deũ nec ille qui genitus est alius de⁹ q̇ꝫ pater: sed vnus de⁹ cũ patre. Si vero addit᷑: genuit deum qui nõ est deus pater: hic distinguimus: qꝛ dupliciter potest intelligi. Genuit deũ qui nõ est deus pater scꝫ deũ filiũ: q̄ filius non est pater qui deus est: hic sensus verus est. Si vero intelligatur sic: genuit deum qui non est deus pater: id est q̄ non est deus qui pater est hic sensus falsus est. Unus enim ⁊ idem deus est pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus: ⁊ econuerso: pater ⁊ filius ⁊ spũssctũs vnus est deus.

Responsio.

Oppinio quorũdã dicentiũ tres personas esse vnuꝫ deum: vnam substantiam: sed non econuerso scꝫ vnum deũ vel vnam substantiam esse tres pſonas. c

Quidaꝫ tñ veritatis aduersarij concedunt patrem ⁊ filium ⁊ spiritumsanctum: siue tres personas eẽ vnũ deũ: vnam substãtiam sed tamen nolunt concedere vnum deum siue vnã substantiam esse tres personas: dicẽtes diuinã substãtiã p̄dicari de trib⁹ pſonis: non tres personas de substãtia diuina. Fides autẽ catholica tenet ac p̄dicat: ⁊ tres psonas esse vnũ deũ: vnã substãtiã siue essentiam siue naturã diuinã: ⁊ vnũ deũ siue essentiam diuinam esse tres personas. Unde Augustinus in pmo li. de trinitate ita ait: Recte ipse deus trinitas intelligit᷑ beatus solus ⁊ potens. Ecce q̇ꝫ expresse dixit: ipse deus trinitas: vt ostẽderet ⁊ ipm̃ deum esse trinitatem ⁊ trinitateꝫ ipm̃ deũ. Itẽ in eodẽ. In verbis inq̇t illis apostoli quibus de aduentu christi agens dicit. Quem ostendit beatus ⁊ solus potẽs: rex regum ⁊ dñs dominantium: qui solus habet immortalitatẽ ⁊c̃. nec pater proprie nominatus est: nec filius: nec spiritussanctus sed beatus ⁊ solus ⁊ potens. i. vnus ⁊ solus deus verus qui est ipsa trinitas. Ecce ⁊ hic aperte dicit vnum solum verũ deum esse ipsam trinitatem: ⁊ si vnus de⁹ trinitas est: ergo vnus deus est tres persone. Item in libro quinto de trinitate. Non tres deos: sed vnum deum dicimus esse ipsam prestantissimam trinitatem. Item in libro de fide ad Petrum in expositione simboli. Satis est christiano re-

Inducit ꝯtra eos auctẽs Augustini.

Aug. d̃ tri. li. j ca. vj. Timoth. vj.

Augustinus.

rũ creatarũ cã₹ visibiliũ siue inuisibiliũ nõ nisi bonitatẽ credere creatoris q̃ ẽ de⁹ ver⁹ ⁊ vn⁹: nullãq₃ esse naturã: q̃ nõ aut ip̃e sit: aut ab ip̃o: eũq₃ eẽ trinitatẽ patrẽ sc₃ ⁊ filiũ ⁊ spm̃ sctm̃. Ite₃ Aug. i ꝟmõe de fide: Credimus vnu₃ deũ vnã esse diuini nõis trinitatem. Idem in. vj. li. de tri. Dicimus deu₃ solũ esse ip̃am trinitatem. Ecce his ⁊ alijs pluribus autoritatibus euidenter ondit̃ dicendũ esse ⁊ credendũ: ꝙ vn⁹ deus ẽ trinitas: ⁊ vna suba tres ꝑsone: sic ecõuerso trinitas dicit̃ esse vnus deus: ⁊ tres ꝑsone dicunt̃ esse vna substantia.

Augustinus

Redit ad p̃missam questionẽ. s. an deus pater se deum an alium deum genuerit.

D

Nũc ad p̃missa₃ q̃stionẽ reuertamur vbi q̃rebat̃ an de⁹ pr̃ gẽuerit se deũ: an aliũ deũ: Ad qđ dicim⁹ neutꝝ fore ꝯcedẽdu₃. Dicit tñ Aug. i ep̃la ad maximinũ: ꝙ de⁹ pr̃ se alteꝝ genuit: his verb: P̃r vt h̃ret filiũ de seip̃o nõ minuit seip̃m: s₃ ita genuit de se alteꝝ se: vt tot⁹ maneret in se: ⁊ esset i filio tãtus q̃tus ⁊ sol⁹. Qđ ita ĩtelligi põt. i. de se alteꝝ a se genuit: nõ vtiq₃ alteꝝ deũ: s₃ alterã ꝑsonã: vl̃ genuit se alteꝝ. i. genuit alterũ q̃ h̃ est qđ ip̃e. Nã ⁊ si ali⁹ sit pr̃ q̃ fili⁹: nõ est tñ aliud q̃ filius s₃ vnum.

Augustinus

Ista est q̃rta distinctio hui⁹ p̃mi libri: in qua magr̃ onso ꝙ vnitas essentie ⁊ trinitas ꝑsonaꝝ in diuis põt inuestigari seu ꝯuinci quodãmodo ex vtriusq₃ testamẽti scripturis: ac ꝑ vestigiũ ⁊ imaginem reꝑtas in creaturis: Incipit determinare de ꝑsonaꝝ origine ⁊ distinctione. Et q̃tu₃ ad hoc p̃ns distinctio diuidit̃ in tres ꝑtes. In quaꝝ p̃ma determinat quandã q̃stionẽ. In secunda opponit ꝯ determinata: ⁊ soluit obiectionem. In tertia reprobat quandã ꝯrıam opinionem. P̃mu₃ ag̃t a p̃ncipio distinctionis vsq₃ ibi: Sed adhuc opponunt. Scdm̃ vero facit ab inde vsq₃ ibi: Quidã tamen veritatis aduersarij. Tertium vero subiũgit ab inde vsq₃ ad finem distinctionis. Et hec ẽ sentẽtia huius distinctiõis in generali. In sp̃ali ṽo snĩa magr̃i stat in tribus ꝓpositionibus: quaꝝ p̃ma est hec: Deum seip̃m genuisse vel a se alium deũ essentialiter generãdo ꝓduxisse: omnino ẽ negandũ. Et ꝓbat̃ sic. Illud est simpliciter apud fideles negandum: quo ꝯcesso sequeret̃ idẽ generasse seip̃m vel plures esse deos s₃ deu₃ se vel a se essentialiter alium deum genuisse ẽ huiusmodi. igit̃ ꝓpositio vera. Tenet argumentum: ⁊ maior ẽ euidens: s₃ minorem ꝓbat magr̃ in l̃ra querens an hec sit vera: Deus genuit deũ. ⁊ dicit ꝙ sic. q₂ de⁹ pr̃ genuit deũ filiũ. ⁊ tñ nõ sequit̃: ergo genuit se deũ vel aliũ deum. s. aliũ in deitate. s₃ aliũ in ꝑsonalitate seu in ꝑsona. Scđa ꝓpositio ẽ hec: Deũ patrẽ originasse in eternitate vnicũ deũ filiũ a se p̃re aliũ sola ꝑsonalitate ẽ affirmandũ. Et format̃ rõ ꝓ hui⁹ ꝯclusionis ꝓbatõe sic: Illud ẽ affirmãdũ apud xp̃ianos q̃ negato seq̃ret̃ in deitate plures esse deos: s₃ deũ p̃re₃ originasse in et̃nitate vnicũ deũ filium a se p̃re aliũ sola ꝑsonalitate ẽ hmõi. g̃ hoc ẽ affirmãdũ ⁊ ꝑ ꝯñs ꝓpositio vera. Argumẽtũ apparet bonum ⁊ maior ẽ euidẽs. s₃ circa minoris ꝓbationẽ ꝓcedit mgr̃ in l̃ra sic: Et supposita determinatiõe q̃stiõis p̃misse: q̃ dicebat̃ ꝙ deus genuit deum: ⁊ tñ nec se nec aliũ deũ arguit. Si deus genuit deum: aut igit̃ deus pr̃ genuit deũ q̃ est de⁹ pr̃: ⁊ sic idẽ genuit seip̃m: aut deus pr̃ genuit deũ q̃ non ẽ deus pr̃: ⁊ sic erũt plures dij. Ad illud magr̃ rñdẽdo dicit ꝙ ista ꝓpositio: Deus pr̃ genuit deũ q̃ non ẽ deus pater: duos põt habere sensus. Unus ẽ: Deus genuit deum q̃ non ẽ deus pater. i. filium qui non ẽ pater q̃ deus est. ⁊ iste sensus verus est: quia ibi non notat̃ alietas essentie: sed solum ꝑsone. Alius autem sensus ẽ. Deus genuit deum qui non est idem deus cũ deo patre. ⁊ sic ẽ falsa: quia sic in ip̃a denotat̃ alietas essentie seu nature: ad quem sequit̃ plures esse deos: qđ est impossibile. Tertia ꝓpositio ẽ hec: Qꝙ tres ꝑsone sunt vna deitas: ⁊ ꝙ vnus deus sit trinitas: est a quolibet catholico firmissime tenendũ. Et ꝓbat̃ rõne sic: Illud ẽ firmissime tenendũ quo dubitato esset in fide ⁊ sctõꝝ autoritatib⁹ hesitandũ: s₃ tres ꝑsonas esse vnã deitatẽ: ⁊ vnũ deum esse tres ꝑsonas vel trinitatẽ ẽ hmõi. igit̃ em̃ hoc ẽ firmissime tenendũ: vt dicit ꝓpositio. Argumentũ est bonũ: ⁊ maior ẽ vera: s₃ minoris euidentiã ponit mgr̃ in textu: ꝓponens quorundã opinionẽ dicentiũ: ꝙ nomen essentiale in diuinis cuiusmodi ẽ hoc nomẽ deus: possit p̃dicari de nomie ꝑsonali cuiusmodi ẽ pater: dicẽdo pater ẽ deus: nõ tñ ecõuerso nomen ꝑsonale possit p̃dicari de noie essentiali: dicẽdo: deus ẽ pater. Uñ ꝯcedebant istã: Tres ꝑsone sunt vnus deus: s₃ negabant istã: Unus deus est tres ꝑsone. Istã opinionẽ reprobat magr̃ in l̃ra dicens: ꝙ ꝟm fide₃ catholicã vtraq₃ istaꝝ est vera: ⁊ ꝯfirmat dictum suum autoritatibus sanctoꝝ: vt patet in l̃ra: igit̃ ⁊c̃.

Hic querit̃ an pater genuit diuinam essentiã: vel ip̃a filiu₃: an essentia genuit essentiã: vel ip̃a nec genuit nec genita est.

a

DI. V

De cõpatione generatõis ad terminũ essentialẽ abstractũ q̃ est essentia.

Post hec q̃rit̃ vtꝝ ꝯcedẽdũ sit ꝙ pr̃ genuit diuinã essentiã: vel ꝙ diuina essentia genuit filiũ: vel essentia genuit eẽtiã: an oĩno nõ genuit nec genita ẽ diuĩa eẽntia. Ad qđ catholicis tractatorib⁹ ꝯsentiẽtes dicim⁹ ꝙ nec pr̃ gẽuit diuinã eẽntiã: nec diuĩa eẽntia genuit filiũ: nec diuĩa eẽntia genuit diuinã eẽntiã. h̃ ãt noĩe eẽntie ĩtelligim⁹ diuinã naturã: q̃ cõis ẽ trib⁹ ꝑsonis: ⁊ tota in singul̃. Ideo nõ ẽ dicendũ ꝙ pr̃ genuit diuinã essentiam: q₂ si pater diceretur genuisse diuinã essentiam: diuina essentia relatiue diceret̃

Ratio p̃ma q̄re ita sit.

ad patrem: vl' ꝓ relatiuo poneret. Si autem relatiue diceret: vel ꝓ relatiuo poneretur: non indicaret essentiam. Ut eñ ait Aug. in. v. li. de trini. Quod relatiue dr: nõ indicat substantiam.

Augustinus.

Secunda ratio. b

Item cũ deus pater sit diuina essentia si eius esset genitor: esset vtiq₃ genitor eius rei q̃ ipse est: ⁊ ita eadem res seipsam genuisset: quod Aug. negat vt supra ostendimus.

Tertia ratio et potior. c

Itẽ si pater est genitor essentie diuie: cũ ipẽ essentia diuina sit: ⁊ de⁹ sit: eo ĝ q̧ generat et ẽ et de⁹ est: Ita ĝ nõ illud qd generat est a patre de⁹ ꝫ pater eo q̧ generat ⁊ est et deus est. et si ita est: nõ genito gignẽs: sed ɔ̃gignẽti genitum causa est: vt ⁊ sit ⁊ de⁹ sit. Simili rõne ꝓbat Aug. in li. vij. de trini. Q pr̃ nõ est sapiens sapĩa quã genuit: q: si ea sapiens ẽ: ea est. hoc eñ est sibi esse qd sapere Qd si hoc est sibi esse qd sapere: nõ ꝑ illã sapientiã quã genuit pr̃ sapiẽs est. Quid eñ aliud dicim⁹: cũ dicim⁹ ꝫ illi ẽ esse qd sape. nisi eo est q̃ sapiẽs est: Ergo q̃ cã illi est vt sapiẽs sit: etiam ipã illi cã est vt sit. Si ĝ sapĩa quã genuit illi causa est vt sapiẽs: sit: ⁊ causa illi est vt sit. Sed causaꝫ patri qua sit a patre genitã: nullo mõ q̃s q̧ dixerit sapientiã. quid eñ est insani⁹. Ita ergo si pater genuit essentiã qua est: essentia quã genuit causa ẽ illi vt sit. Nõ ergo ipãm qua ẽ essentiam genuit. Nam in illa simplicitate vt inq̃t Aug⁹. quia nõ est aliud sape q̧ esse: eadem est ibi sapientia que essentia. Ideoq₃ qd de sapiẽtia ꝫ de essentia dicimus. Sicut ergo non genuit sapientiam qua sapiẽs est: ita nec essentiaꝫ qua est. Ut enim sapientia sapiẽs est: ⁊ potẽtia potens: ita ⁊ essentia ipẽ est Eademq₃ sapiẽtia est ⁊ potẽtia q̃ essentia Patet itaq₃ ex predictis: q: pater essentiam diuinam non genuit.

Aug. ꝺ trini. lib. vij. ca. j.

Hic aduersari videt Aug. d

Huic autem videtur cõtrarium qd Aug. ait in li. ꝺ fide ad Petrum: Deus cum verbum genuit: id qd ipse est genuit: nec de nihilo nec ꝺ aliqua iã facta cõditaq₃ materia: ꝫ de seipso id qd ipẽ est. Item deus pater qui verissime se indicare animis cogniturís ⁊ voluit ⁊ potuit: hoc ad seipsum indicãdũ genuit: qd est ipse qui genuit. Ecce aperte dĩc his verbis deũ patrem genuisse illud qd ipse est. Illud aũt quod ipse est: nõ est nisi diuina essentia: videtur ergo diuinam essentiam genuisse. Ad qd respondemus illa vba sic intelligenda esse dicentes: Pater de seipso genuit illud quod ipse est id est filium qui est illud quod pater est. Nã qd pater est: ⁊ filius hoc est: sed nõ qui pater est ⁊ filius hic est.

Augustinus.

Alias ptes qõnis exequit. e

Ita etiam non est dicendum q̧ diuina essentia genuit filiuꝫ quia cum filius sit diuina essentia: iam eẽt filius res a qua generatur: ⁊ ita eadẽ res seipsam generaret. Ita etiam dicimus q̧ essentia diuina non genuit essentiam. Cũ enim vna ⁊ summa quedaꝫ res sit diuina essentia si diuina essentia essentiaꝫ genuit: eadẽ res seipsam genuit quod oĩno eẽ nõ potest: ꝫ pater sol⁹ genuit filiũ: ⁊ a patre ⁊ filio ꝓcedit spũssctũs.

Que videantur predictis esse cõtraria f

Predictis aũt videt ɔ̃riũ esse qd dicit Aug. in li. vij. de trini. Hoc inq̃t est deo esse qd sapere. vñ pr̃ ⁊ fili⁹ simul sũt vna sapĩa: q: vna essentia: ⁊ singillatim sapientia de sapiẽtia: sicut essentia de essentia. Ecce his verb apte dicit Aug. sapientiam de sapiẽtia: ⁊ essentiã de essentia: vbi videtur significare q̧ sapientia sapientiã: ⁊ essentia genuerit eẽntiã Idẽ in li. de fide ad Petrũ ait: Sic xp̃m dei filiũ. i. vnã ex trinitate personã deũ verum crede: vt diuinitateꝫ eius de natura pr̃is natũ esse nõ dubites. Hic videtur dicere q̧ natura filij sit nata de natura pr̃is. Idem in li. xv. de trinitate ait: Dicit fili⁹ consiliũ de consilio: ⁊ volũtas de voluntate: sicut substantia de substantia: sapiẽtia de sapientia. Et hic videtur dicere q̧ substãtia sit genita de sba: ⁊ sapĩa de sapiẽtia. Sꝫ hoc ita determinam⁹: sapiẽtia de sapiẽtia: ⁊ substãtia de sba est. i. fili⁹ q̃ est sapientia: qui est substãtia: est de patre q̃ est eadẽ substãtia et sapientia: ⁊ filius qui est diuinitas natus est de patre qui est natura diuina. Et vt expressius dicam⁹ dicimus filium sapientiam esse de patre sapiẽ-

Augu. de tri. li. vij. ca. j.

Augustinus.

Determinatio eoꝝ q̃ vident ɔ̃traria.

tia: et dleim' filiū sbaz ee gēitū d pre et a prē suba. Qr aūt ita ītelligi debeat: Aug. oñdit ī li. vij. d tri. dicēs: Pr ipe sapia ē: et dr fili' sapia pris: quō dr lumen pris. i. sic lumē de lumie. et vtrqꝫ vnū lumē: sic ītelligat sapia de sapia et vterqꝫ vna sapia et vna essentia. Jtē ideo xps dr vtus et sapia dei: qr d patre vtute et sapia etiā ipe vt' et sapia est: sic ipe lumē de prē lumine ē: et ipe fons vite ē apud deū patrē fontē vite. Filius g sapia de prē sapia ē: sic fili' lumē de prē lumie. et de' fili' d deo prē: vt et singul' sit lumē: et singul' deus: et singulus sapia: et sit vnū lumen: vnus deus: vna sapia. Ecce manifeste his verbis apit Aug. ex q sensu accipiēda sint pdicta verba et his silia. s. cum dicit suba de suba: vel substātia genuit substantiam.

Aug. d tri. li. vij. c. j.

Idem ca. j.

Quod videt pdicte expositioni contrarium. g

Huic do etiā id 2riū videt qd Hylarius ait in. iiij. li. de tri. Nihil inqt nisi natū hz fili': et geniti honoris admiratio in honore generātis ē. Cū g filius essentiā hēat (tota em ī eo ē diuia eēntia) videt: qꝫ ipa diuina eēntia nata sit. Jtē ī. v. li. ait Natiuitas dei nō pōt eaz ex q pfecta est nō tenere naturā: nec eī aliō qꝫ deus sbsistit qd nō aliūde qꝫ de deo sbsistit. Ecce h dicit natiuitatē dei pfectā ex natura: et ita videt ex his verb atqꝫ pdictis natura dei et genita et genuisse. Qd apti' dic in li. ix. de tri. Nos inqt vnigenitū deū ī forma dui manētē: in natura dei māsisse pfitemur: nec vnitatē forme duil in naturā diuie vnitatis refundim': nec rursuz corpali insinuatiōe prez ī filio pdicam'. Sz ex eo eiusdē generis genitā naturā natura lit in se gignētē habuisse naturā: q in forma nature se gignētis manēs: formā nature et īfirmitatl corpal accepit.

Hylarius.

Hylarius.

Hylarius. Qr natura dei in forma sua manēs formā nature et infirmitatis corpalis accepit.

Nō eī defecerat dei natura ne eēt: sz ī se hūilitatē trene natiuitatl manēs sibi dei natura suscepat: generis sui ptātē ī hitu assumpte hūanitatl exercēs. Ecce h apte dic et naturā genuisse: et naturā gēitā: et naturā assumpsisse naturā: qd a plerisqꝫ negat. Jtē in eodē: Nunqd vnigenito deo 2tume-

Qr natura dei non ē minuta in assumptiōe

lia est patrē sibi īnascibilē deū esse: cū ex innascibili deo natiuitas vnigenita in naturā vnigenitaz sbsistat. Ecce et h dicit vnigenitam naturam.

Quomō sint intelligenda pmissa verba hylarij. h

Sz qr hec vba sane vult intelligi: ipe idem dicit in. iiij. li. Intelligētia dictoz ex causis ē assumenda dicendi: qr nō sermoni res: sz rei ē sermo subiectus. Hec g verba ita intelligi pnt: Nihil hz filius nisi natū. i. nihil hz fm qꝫ deus est nisi qd nascendo accepit: et ipe nascēdo patris in se subsistentē naturā habuit. vnde idē Hylarius addit in. v. li. Eandē naturā hz genitus: quā ille q genuit: ita tn vt natus nō sit ille q genuit. Nam quō erit pr ipe cū genitus sit. Sed in his ipis sbsistit ille q genitus ē: in qbus totus ē ipe q genuit: qr nō ē aliūde q genitus ē: et ideo nō refert ad aliud: qd in vno sbsistit et ex vno. Ac si ī generatione filij et naturaz suā: vt ita dicā: sequit indemutabilis deus indemutabilē deū gignens: nec naturā suā deserit ex indemutabili deo indemutabilis dei pfecta natiuitas. Subsistentē g in eo dei naturā ītelligam': cū in deo deus īsit. Nec pter eū q de' est qsqꝫ deus alius sit: qr ipe deus: et in eo deus. Nature g dei patris veritas ī deo filio esse docet: cū in eo de' intelligit esse q deus ē. Est em vn' in vno: et vnus ab vno.

Hylarius.

Hylarius.

Expositiones 2firmat p verba eiusdem

Qr legit pr d sua suba genuisse filiū et filius subaz patris. i

Dicit quoqꝫ et frequenter in scriptura legit: Patrē de sua sbstantia genuisse filiuz. vñ Aug. in libro de fide ad Petruz ait: Pater deus de nullo genitus deo: semel de sua natura sine initio genuit filiū deū sibi equalē: et eadem qua ipe naturaliter eternus est diuinitate coeternuz. Ecce h dicit Aug. filium genitū de natura patris. Est aūt vna natura pris et filij et spūssancti. Si g de natura patris genitus ē filius: genitus ē de natura filij et spūssancti: imo de natura trium psonaz. Idem quoqꝫ Aug. in li. xv. de tri. dicit xpm esse filium sub

Augustinus

Aug. arrii et donatum

Augustinus

stantie patris: ⁊ de substātia patris geni-
tum. tractans illud verbū apl'i loquentis
Coll'.j. de deo patre sic: Qui eruit nos đ potesta
te tenebrarum: ⁊ trāstulit in regnū filij cha-
ritatis sue. Quod dictū ē inquit: filij cha
ritatis sue: nihil aliud intelligit̄ ꝙ filij sui
dilecti: ꝙ filij substātie sue. Charitas ꝗ p-
pe patris q̄ in natura eius est ineffabiliter
simplici: nihil ē aliud ꝙ ipsa natura atq̄
substātia: vt sepe diximus: et sepe iterare
nō piget: ac per hoc filius charitatis eius
nullus alius est: ꝙ qui de substātia eius ē
genitus. Ecce hic aperte dicit Aug⁹. fili
um esse genitū de substātia patris: et filiū
substantie patris. Idem ꝙ Aug. in li. ij.
contra hereticū Maximinū substantiam
dei genuisse filium: et filium genitum de
sub̄a patris asserit dicēs: Carnalibus co
gitationib⁹ pleni sub̄am dei de seipsa gi-
gnere filium non putatis: nisi hoc patiat̄
Matth. xxij. qđ sub̄a carnis patit̄ qn̄ gignit. Erratis
nō sciētes scpturas neq̄ virtutē dei. Nul
lo eīn modo verū dei filiū cogitatis si eum
Contra Paulianos. natū esse de sub̄a patris negatis. Nō eīn
iam erat hoīs fili⁹: ⁊ deo donante factus
est dei fili⁹: ex deo nat⁹: gratia: nō natura
Cōtra Arriū et Donatum. An forte ⁊ si nō hoīs fili⁹ erat: tn̄ iam aliq̄
erat qualiscunq̄ creatura: ⁊ in dei filium
deo mutāte cōuersa est. Sed nihil horum
est: ergo aut de nihilo: aut de aliq̄ sb̄stan-
tia natus ē. Sed ne crederem⁹ vos putare
de nihilo esse dei filiū. affirmatis nō vos
dicere de nihilo esse dei filium. De aliqua
ḡ sub̄a est: ⁊ si nō de substātia patris de q̄
sit dicite: sed nō inuenietis. Iam ḡ vnige-
nitum dei filium Jesum christum de pa-
tris esse substātia: nō vos nobiscū pigeat
Augustinus. cōfiteri. Idem in eodem. Utriq̄ legim⁹
vt simus in vero filio eius Jesu xp̄o. Di
cite ergo nobis: vtrum iste verus dei fili⁹
ab eis qui gratia filij sūt quadā ꝓprietate
discretus: de nulla substātia sit: an de ali-
qua. Non dico inquis de nulla: nec dicā
de nihilo. ergo de aliqua substantia est.
Quero de qua? Si nō de p̄ris substantia
est: aliā quere. Si aliam nō inuenis p̄ris
agnosce sub̄am: ⁊ filiū cum patre omousi-
Augustinus. on cōfitere. Idem in eodem. Cōfiteor: de
um patrem omnino incorruptibiliter ge-
nuisse: sed qđ est ipse genuisse. Itē dico qđ
sepe dicēdū est. aut de aliqua sub̄a est na
tus dei fili⁹: aut đ nulla. Si de nulla: ḡ de
nihilo: quod vos iam nō dicitis. Si vo
de aliqua: nec tamen de patris substātia
nō est verus fili⁹. Si vero de patris sub-
stantia: vnius eiusdemq̄ substātiē sūt pa-
ter ⁊ filius. Uos autem nec filium de sub
stantia patris genitum vultis: ⁊ tamē eū
nec ex nihilo nec ex aliqua materia: sed ex
patre esse conceditis: nec videtis ꝙ neces
se sit: vt q̄ nō ē ex nihilo nec ex aliqua alia
re: sed ex deo: nisi ex dei sb̄stātia esse nō pos-
sit ⁊ hoc esse qđ deus est de quo est. i. de⁹
de deo nat⁹ est: q2 nō ali⁹ p̄ri⁹ fuit: sed na-
tura coeterna de deo est.

Colligēs summā p̄dictorum capit ex quo sensu accipiēda sint. k

His verbis p̄mis-
sis innui videt̄: ꝙ diuina substātia filiū ge
nuerit: ⁊ ꝙ fili⁹ sit genitus de sb̄a patris: ⁊
ꝙ de deo est natura coeterna: ⁊ qđ p̄r id
qđ ipē est genuit. Id aūt qđ ipē est diuia
essentia ē: ⁊ ita putari potest diuinā essen-
tiā genuisse. Uehemēter mouēt nos hec
verba: que quomō intelligēda sint mallē
magis ab alijs audire: ꝙ tradere. Ut ta-
men sine p̄iudicio atq̄ temeritate loquar
ex hoc sensu dicta possunt accipi. Natura
coeterna de deo est: id est filius coetern⁹
patri de patre est: ita ꝙ est eadem cum eo
natura vel eiusdem nature. Quem sensum
confirmat Aug. ibidem subijciēs ⁊ qđ di
xerat q̄si explanans. Dicto eīn natura co
eterna est de deo: addidit. Non est aliud
filius ꝙ illud de quo est. i. vnius eiusdēq̄
sb̄e est. Deinde aptius talē intellectū ex p̄
dictis verbis fore habendum aperit in eo
dem libro cōtra Maximinū dicēs: Tri- Augu.
nitas hec vnius eiusdemq̄ substātie est:
q2 non de aliqua materia vel de nihilo ē
filius: sed de quo est genit⁹. Itēq̄ sp̄ūsctūs
non de aliqua materia vel de nihilo est: sed
inde est vnde ꝓcedit. His vtiq̄ verb ap-
te ostēdit ea ratione dici filium esse de sub
stātia patris qui est de patre genitus: ita
ꝙ est eiusdem sb̄stantie cum eo: ⁊ spiritū-
sanctum esse de substantia patris et filij:
quia ab vtroq̄ procedit: ita ꝙ est eiusdem
substantie.

Q nec filius nec sp̄ūsctūs est de nihilo: sed de aliquo: non tamen de materia. l

Ostendit quoq̄
ex illis v̄bis filiū ⁊ sp̄msctm̄ nō esse de ni-
hilo sed de aliq̄: nec tn̄ de aliq̄ materia. Un
de etiā Hylari⁹ in. xij. li. de trini. ait: Uni- Hylarius.

genit⁹ de⁹ cũ nat⁹ sit: p̄rez testat̄ auto
rē: cū ex manēte nat⁹ ē: nō ē nat⁹ ex ni
hilo: ꝛ cū ante tp̄s nat⁹ ē: oēz sensum
ꝓuenit nascēdo. Hic apte ꝺꝛ ꝙ filius
nō ē nat⁹ ex nihilo. Silr̄ ꝛ sp̄ussctūs ñ
est dicēdus esse vel ꝓcedere ex nihilo
qꝛ fili⁹ de substātia p̄ris nat⁹ ē. i. a p̄re
est: cū q̄ eiusdē substātie ē ꝛ eadē sub=
stātia. Ex q̄ sensu etiā accipiendū ē il=
lud: P̄r genuit id qꝺ ip̄e ē. i. filiū q̄ est
hoc qꝺ p̄r. Et hoc ita debere ītelligi
Augustinus Aug. apit dicēs in p̄mo libro ꝯ Ma=
ximinū. Hoc genuit pater qꝺ est: alio
quin nō est verus filius si quod ē pa=
ter nō est filius. Itē substantia dei ge
nuit filium. i. pater substantia genuit
filiū qui est eadē substantia ꝛ eiusdem
substantie. Quod sic esse intelligēduz
Augustinus Aug. ostendit dicēs ad maximinum.
Sicut dicis: sp̄us sp̄m genuit: ita dic
sp̄ūs eiusdē nature vel substātie sp̄m
genuit. Itē sicut dicis: deus deū ge=
nuit: ita dic: deus eiusdem nature vl̄
substantie deum genuit. Hoc si credi
deris ꝛ dixeris: nihil de hac re vlteri
us accusaberis. His em̄ ꝟbis aperit
quō p̄dicta debeant intelligi. Silr̄ fi=
lius natus est de substantia p̄ris: vel
p̄r genuit filiū de sua natura siue eēn=
tia. i. de se natura ꝛ essentia genuit fi=
liū eiusdē essentie ac nature: ꝛ q̄ est ea
dē eēntia ac natura. Silr̄ expone illꝺ
fili⁹ sube p̄ris: ꝛ fili⁹ p̄ris sube. i. q̄ est
suba cū q̄ ꝛ fili⁹ eadē suba ē: qꝛ ꝯsbstā=
tialis ē p̄ri fili⁹. Et h̄ sensus adiuuat̄
ex his ꝟbis Aug. q̄ in li. v. de tri. ait:
Tres ꝑsonas eiusdē eēntie: vl̄ tres ꝑ
sonas vnā eēntiā dicim⁹. Tres āt ꝑ=
sonas ex eadez essentia nō dicim⁹: q̄si
aliud ibi sit qꝺ essentia ē aliud qꝺ ꝑso
na. His verb oñdit̄ nō esse dicendū ꝑ
sonā eē ex eēntia: nisi ex sensu p̄dicto.
Aug. ꝺ tri. li. xv. c. xij. Qui sensus ꝯfirmat̄ etiā ex eo qꝺ ī li.
xv. de tri. idē ait: Sic nr̄a scīa scīe dei
sic ꝛ nostrū verbum qꝺ nascit̄ de nr̄a
scīa dissil'e est illi verbo dei qꝺ natū ē
de p̄ris essentia. Tale ē aūt ac si dice=
rē: de patris scīa: de patris sapīa: vl̄
qꝺ est exp̄ssius de p̄re essentia: de p̄re
scīa: de patre sapīa. Ex h̄ itaq₃ intelle
ctu verbū dei patris vnigenit⁹ fili⁹ ꝑ
oīa patri silis ꝛ eq̄lis recte dicit̄ deus
de deo: lumē de lumine: sapīa de sapi
entia: essentia de essentia: qꝛ h̄ est om=
nino qꝺ pater: non tamē pater: quia
iste filius: iste pater.

Quare verbum patris dicat̄ filius nature. m

Inde est qꝺ solus vnigēit⁹ dei ꝺꝛ natura fili⁹: qꝛ eiusdē
nature ē: ꝛ eadē natura est cū p̄re. vñ
Hylarius Hylari⁹ in li. xiiij. ꝺ tri. de xp̄o loq̄ns
ait: Natura filius ē: qꝛ eandē naturā
quā ille qui genuit: habet.

Ista ē distinctio q̄nta in q̄ magi=
ster oñso ꝙ in diuis sit generatio: inq̄rit an essentia
sit generatiōis terminus. Et circa hoc tria facit.
Nam p̄mo mouet ꝛ determinat q̄stionem. Scꝺo in
ducit instantiaꝝ obiectionē. Et tertio q̄rundā sub
dit autoritatū expositionē. Primuz agit̄ a p̄ncipio
distinctionis vsq₃ ibi: Predictis aūt videt̄ esse con
trariū. Scꝺm ab inde vsq₃ ibi. Oñdit̄ quoq₃ ex ill'.
Tertiuz vero ab inde vsq₃ ad finē totius distinctio
nis. In sp̄ali ꝟo snīa mgr̄i stat summarie in tribus
ꝓpositionibus: q̄ꝝ p̄ma est hec: Diuina essentia
non ē generās neq₃ generata. Et ꝓbat̄ sic: Illud
non ē ꝯcedendū quo cōcesso sequeret̄ essentiā diui
nam nō esse essentiā: vel eandē rem generasse seip
sam: vel esse a seip̄a genitā: sed essentiaz diuinā ori
ginare seu esse genitā ē hmōi. igit̄. Tenet argumē
tum: ꝛ maior ē nota: sꝫ minoris ꝓbationē magr̄ in
lr̄a introducit sic querendo. An hmōi ꝓpositiōes
sint ꝯcedende. Pater genuit diuinam essentiā. Di
uina essentia genuit filium. Diuina essentia nō ē ge
nerata: nec creata. Et rñdendo dicit intentū suum
scꝫ ꝙ diuina essentia non sit genita nec generat: qꝺ
ꝓbat tribus rōnibus: q̄ꝝ p̄ma ē talis: Omne qꝺ
generat̄ relatiue dicit̄. igit̄ si essentia diuīa genera
tur: relatiue dicit̄: qꝺ falsum ē: qꝛ tūc non significa
ret absolute substantiā. Scꝺa rō talis ē: Pater est
diuina essentia: si igit̄ pater genuit diuinaz essentiā
tunc genuit seip̄m. ꝛ illud iteruz stare nō p̄ōt. Ter
tia ratio talis ē: Pater ꝑ diuinam essentiam habet
esse: si igit̄ pater genuit diuinā essentiam: tunc pa
ter haberet esse ꝑ illud qꝺ ē generatū ab ip̄o: qꝺ ē
falsum: qꝛ generatum a generante habet esse: ꝛ nō
generatus a genito. Addit etiā magr̄ qꝺ simili mō
ꝓbat Aug. ꝙ pater non ē sapiens sapīa genita: si
em̄ pater esset sapiens ꝑ illam sapientiam quaz ge
nuit: cum idē sit ei sape ꝛ esse: sequit̄ ꝙ haberet esse
ꝑ illud ꝛ ab illo quod genuit: quod non p̄ōt stare.

Scꝺa ꝓpositio: Quāq̄ filius ꝛ sp̄ussanctus nō
sint aliud q̄ ip̄a diuina essentia: tamen ꝓducti sunt
ambo realiter. Hanc ꝓpositionē magr̄ inuestigat
obijciēdo ꝯ hoc qꝺ dictū est. s. ꝙ pater non genuit
diuinā essentiā. Nā dicit pater genuit illud qꝺ ip̄e
est: sꝫ illud qꝺ ip̄e est: ē diuina essentia: igit̄ genuit
diuinā essentiā. Et magr̄ rñdet ꝙ ills: Pater genu
it id qꝺ ip̄e est: sic dꝫ intelligi. i. pater genuit filiuz:
eo ꝙ essentialiter ē idem cum ip̄o. Tandem oñso ꝙ
non ē ꝯcedendum ꝙ essentia genuit filium: eo ꝙ se
queret̄ idē generasse seip̄m: magr̄ exponit autorita
tes sanctoꝝ. s. Augustini ꝛ Hylarij q̄ vident̄ p̄di
ctis obuiare dicens ꝙ essentia filij sit de essentia pa
tris. He autoritates sunt sic exponende seu intelli
gēde. Filius q̄ est essentia: est de patre q̄ est essentia
ꝛ sic de alijs. Tertia ꝓpositio ē hec: Fili⁹ ꝛ sp̄ūs
sanctus sunt ꝓducti. nō tamen ꝺ nihilo: sed de ali
quo: licet nō de aliquo materialiter. Hāc ꝓpositio
nem probat magister exponendo autoritates di

cētes patrem de sua suba filiū genuisse. Et dicit q̄ hmōi autoritates sūt sic exponēde: Pr̄ genuit filiū de sua suba: ꝛ nō genuit eū de nihilo: sꝫ genuit talē qui ē eiusdē nature cū ipo. Hāc expositionē mgr̄ cō firmat ꝑ mltas autoritates q̄ patēt in lr̄a: igit̄ ꝛc.

Utrū pater volūtate genuit filiū an necessitate: ꝛ an volēs vel nolens sit deus. a

DI. VI De cōparatione act⁹ generādi ad potentiam

Preterea queri solet vtꝝ pr̄ genuerit filiū volūtate an necessitate. De h orosi⁹ ad Aug. ita ait: Volūtate genuit pr̄ filiū vl' necessitate: sꝫ nec volūtate nec necessitate: qꝛ necessitas ī deo nō ē: ꝑire volūtas sapiāꝫ nō potuit. q̄ circa vt Aug. ait ī. xv. li. d̄ tri. Ridēda est dialetica Eunomij: a q̄ eunomiani heretici orti sūt: q̄ cū nō potuisset itelligē nec credē voluisset vnigenitū dei filiū vbū dei eē nā. i. d̄ suba pr̄is genitū ñ nature vl' sube dixit eē filiū: sꝫ filiū volūtat̄ dei volēs asserē accedētē deo volūtatē: q̄ gigneret filiū: sic nos aliqñ aliq̄d volum⁹ qd̄ ātea ñ volebamus ꝑpt̄ qd̄ mutabil' itelligit̄ nr̄a nā: qd̄ absit vt ī deo eē credam⁹. Dicam⁹ g̊ vbū dei eē filiū dei nā: nō volūtate: vt docet Aug. ī. xv. li. d̄ tri. vbi q̄ndā catholicū heretico rñdentē cōmēdat dicēs: Acute sane q̄dā rñdit heretico versutissme īterrogāti: vtꝝ de⁹ filiuꝫ volēs vl' nolēs genuerit: vt si diceret nolēs: absurdissima dei miseria seq̄retur. Si āt volēs ꝯtinuo qd̄ intēdebat ꝯcluderet. s. nō nature eē filiū: sꝫ volūtat̄. At ille vigilātissime vicissiꝫ q̄siuit ab eo: vtꝝ de⁹ pr̄ volēs aut nolēs sit de⁹. vt si rñderet nolēs seq̄ret̄ grādis absurditas ꝛ miseria: quā d̄ do credē magna ē īsania. Si āt diceret volēs: rñderet̄ ei. g̊ ꝛ ipe volūtate sua de⁹ ē: nō nā. Quid g̊ r̄stabat nisi vt obmutesceret sua īterrogatiōe obligatū īdissolubili vīculo se vidēs. Ex p̄dict̄ docet̄ nō eē ꝯcedēdū q̄ de⁹ volūtate vel necessitate: vl' volēs: vl' nolēs sit de⁹. Itē q̄ volūtate vel necessitate vl' volēs vel nolens genuerit filium.

Augustinus
Opinio cuiusdam heretici.

Aug. d̄ tri. li. xv. c. xx. Et in q̄stionibus ad Orosium.

Oppositio cōtra p̄dicta b

Sꝫ ꝯ hoc opponitur sic: Volūtas dei ē nā siue essentia dei: qꝛ nō ē aliud deo eē: aliud velle: ꝛ iō sic vna ē essentia triū ꝑsonaꝝ: ita ꝛ vna volūtas. Si g̊ deus nā deus ē: ꝛ volūtate de⁹ ē: ꝛ si vbū dei nā filiꝫ dei est: ꝛ volūtate fili⁹ dei ē. H āt facile ē refellere. nā ꝛ p̄scia dei siue scia q̄ scit vel p̄scit bōa ꝛ mala: diuīa nā siue essentia ē: ꝛ p̄destiatio siue volūtas ei⁹ eadē diuīa essentia ē: nec ē aliud deo scire ꝛ velle q̄ esse. ꝛ cum sit vnū ꝛ idē scīa dei vl' volūtas: nō tñ d̄r d̄ volūtate q̄cq̄d d̄r de scia ꝛ ecōuerso. nec oīa illa sua volūtate deus vult q̄ sua scia scit: cū sua scia nouerit tā bōa q̄ mala volūtate āt nō velit nisi bōa. Scia q̄ppe dei ꝛ p̄scia de bonis ē ꝛ mal'. volūtas vo ꝛ p̄destiatio de bonis ē tātū. ꝛ tñ vnū ꝛ idē in deo ē scia ꝛ volūtas ꝛ p̄scia ꝛ p̄destiatio. ita cū vnū sit natura dei ꝛ voluntas: d̄r tñ pr̄ genuisse filiū natura nō voluntate. ꝛ esse deus natura: non voluntate.

Responsio.

Qualiter itelligēda sint illa vba pr̄ nec nolēs nec volēs de⁹ ē: nec volēs nec nolēs genuit filiū c

Predicta tñ vba qb⁹ prudēter dictū ē: q̄ de⁹ pr̄ nec volēs nec nolēs ē de⁹: nec nolēs nec volēs gēuit filiū siue volūtate siue necessitate: ex tali sensu vident̄ accipiēda: vt volūtatē p̄cedētē vl' accedētē ītelligam⁹: q̄lit̄ eunomi⁹ ītelligebat. Nō eñ ipe de⁹ ē volūtate p̄cedēti vl' efficienti vl' volēs p̄us q̄ de⁹: nec volūtate p̄cedēti vl' accedēti genuit filiū: nec p̄us volēs q̄ generās genuit filiū: nec p̄us generās q̄ volēs genuit filiū. volēs tñ genuit: sic potēs genuit: ꝛ bon⁹ genuit filiū: ꝛ sapiēs genuit ꝛ hmōi. si eñ pr̄ sapiēs ꝛ bon⁹ d̄r genuisse filiū: cur ñ ꝛ volēs? Cū ita sit deo idē eē volētē qd̄ ē esse deū: sic idē ē esse sapiētē qd̄ ē esse deū. Dicam⁹ g̊ qꝛ pr̄ sic sapiēs: ita volēs genuit filiū: sꝫ nō volūtate p̄cedēti vl' accedēti. Quē sensum apit Aug. ꝛ ꝯfirmat ita dicēs sup epistolā ad Eph. De filio dei. i. dño nr̄o iesu xp̄o scp̄tū ē: qꝛ cum pr̄e sp̄ fuit. ꝛ nunq̄ eū vt esset pat̄na volūtas p̄cessit: ꝛ ille quidem natura filius est.

Hylarius ī li. de synodis. Eos q̄ dicūt d̄ nō extātib⁹ eē filiū dei. silr̄ q̄ dicunt q̄ neq̄ ꝯsilio neq̄ volūtate pr̄ genuerit filiū: anathematizat sā cta ecclia. Itē si q̄s nolēte patre dicat natū filiū: anathēa sit. Nō eñ nolēte pr̄e coact⁹ pr̄ vl' naturali necessitate ductus cū nollet genuit filiū: sꝫ mox vt voluit sine tpe ꝛ impossibilit̄ ex se vnigenitū demonstrauit.

Eph. iij.

Hec ē distinctio sexta: in q̄ magr̄ oñ̄so q̄ essentia diuina nō possit esse terminus generatiōis: incipit agere de potētia generātis. Circa qd̄ tria facit. Prio oñdit quō pr̄ nec voluntate nec necessitate filiū genuit. Scd̄o ꝯ illud replicādo rōne q̄dā obijcit. Tertio post digressionē ad p̄ncipale intētū redit. Primū istoꝝ facit a p̄ncipio distin-

c

ctionis vsq3 ibi: Sz ꝯ hoc opponit. Scdm vero ab inde vsq3 ibi: Predicta tñ verba ⁊c. Tertiũ ab inde vsq3 ad finē distinctionis. In spāli snia magrī in hac distinctiōe stat in tribus ꝓpositionibus: quarũ pma ē hec: Nō ē catholice sentiēdũ deũ prem genuisse filiũ necessitate cogēte aut volũtate pcedēte. Et ꝓbat sic. Illud nō ē catholice sentiēdũ q̄ pcesso sequit deũ aut esse miserũ aut mutabilē ⁊ filium dei nō esse naturalē filiũ: sz prē3 genuisse filium necessitate cogēte aut volũtate añcedēte ē hmōi. igit illud nō ē sentiendũ. Argumētũ ē notũ ⁊ maior: sz minorē ponit mgr in textu rñdēdo ad q̄stionē istā: Utrũ pr genuit filium ex necessitate aut volũtate. Mgr rñdēdo dicit. Nec genuit eũ necessitate: q2 si sic tũc genuerit cũ nō potuit eũ nō generare: tũc necessitas coactiōis caderet in deũ. qđ nō ē dicendũ cũ ipse sit sũme liber. Nec volũtate. s. añcedēte. s. q2 pus vellet filiũ generare q̄ ipm genuit: vt si staret in eius libera ptāte vt generaret si vellet: ⁊ non generaret si nollet: q2 sic caderet mutabilitas in deũ qđ est incōueniēs. Ista patēt in lrā autoritate bti Aug. Scda ꝓpositio ē hec: Ex diuie nature ⁊ volũtatis idēptitate argui nō pōt filiũ natura eē filiũ volũtate. Istā ꝓpositionē ꝓbat mgr in lrā soluēdo argumētu3 hereticorũ: qđ faciũt in ista materia dicētes: In diuis idem sunt natura ⁊ volũtas. Si igit pr genuit filiũ natura: videt etiā q2 genuit ipm volũtate ad qđ mgr rñdēdo dicit. Ex q̄ in diuīa natura ⁊ volũtas differt rōe vl ꝯnotato. iō nō obstat q2 sint idē idēptitate absoluta: nō tñ sunt idē idēptitate formali: q2 aliqđ pōt ꝯuenire nature qđ nō cōuenit volũtati. ⁊ p ꝯñs nō ē incōueniēs filiũ eē filiũ natura ⁊ nō volũtate. Et ꝯfirmat h̄ p sile. Nā volũtas dei ⁊ scīa ei9 sunt idē ⁊ differt rōe vel ꝯnotatione: q2 scīa ꝯnotat aliqđ eē in deo qđ non ꝯnotat volũtas: ⁊ ecōtra. q2 rōe scīe sue ꝯuenit deo scire ⁊ cog̃scere malũ: nō tñ rōne volũtatis sue ꝯuenit sibi velle ⁊ approbare malũ: ⁊ ita ē in ꝓposito. igit ꝓpositio vera. Tertia ꝓpō: Solũ necessitas incōmutabilitatis ac volũtas cōmutabilitatis ꝯcurrũt ad etnā filij dei generationē. Ista ꝓpō ꝓbat sic: Illa necessario ꝯcurrũt ad etnā filij dei ꝓductionē sine qb9 īpossibile ē deũ eē deũ: sz de9 necessario est de9 necessitate incōmutabilitatis: ⁊ volũtate cōicabilitatis. igit ista duo ad ꝓductionē filij dei ꝯcurrũt Tenet argumētũ ⁊ maior: sz minorē ponit magr in textu saltē snialit vbi rephēdit q̄ndā hereticũ q̄ dixerat prē3 generasse filiũ volũtate pcedēte vl añcedēte vel efficiēte: ⁊ sic pus fuisse volēs q̄ generans qđ falsum est. igit ꝓpositio apparet vera.

Hic q̄rit an pr potuerit vl voluerit gignere filiũ. a

tie diuersitate. Secdo tractat d eentie ad personas causalitate. Tertio recapitulat de attributorũ congruitate. Primũ facit a pncipio hui9 dist. vsq3 ibi: Hic 9siderãdũ est. Scdm vsq3 ibi: Ex pdictis constat. Tertiũ ab inde vsq3 ad fi. dis. Et tm d snia in gnali. In speali snia mgri stat i trib9 ppo. qx pma est h: Nos catholici tenemur psonas diuias assere re eẽ idẽ cũ diuia essentia: τ eas solũ rõne differre. Hãc ppositionẽ mgr pbãs pponit pmo. quõ qdã heretici dixerũt eentiã τ psonã nõ eẽ idẽ: qz si esset eadẽ essentia pr q fili9. g eadẽ res generat τ gnãt. Et istd 9firmat autoritate hyla. di. q res nature τ natura nõ sunt idẽ: s3 psona diuia ẽ res diuie nature. essentia aũt dr ipa natura. g differũt. Respondeo q verbũ hyla. in creaturis intelligendu3 ẽ nõ in diuis vbi natura τ res nature sunt idẽ. qd pt3 autoritate hyla. di. q de9 nõ ẽ aliud ab his q insunt: id est attributis τ psonis. Postea mgr rñdet ad rationẽ di. q bm rõnẽ differũt eentia τ hypostasis et dicit q generãs τ generatũ 9ueniũt in suba. nõ tñ 9ueniũt i psonalitate. Scda ppõ ẽ hec: Quãuis tres psonas vni9 eẽ eentie debeam9 dicere. non tñ vnũ deũ triũ psonax vsitata locutiõe debem9 asserere. Hãc pponem mgr pbãs qrit. Exq de9 sit diuina eentia. vtx ita dicat vn9 de9 tres psone τ vtx ita valeat sane dici: vn9 deus triũ psonax vel tres psone vnius dei. sicut dr vna essentia triũ psonaru3 et tres psone vnius essentie. Et rñdet q non: qz sic deus significaret in aliq habitudine pncipij respectu psonax. Nec est sile d essentia: qz ali9 ẽ modus significãdi noie dei: τ alius noie essentie. Cui9 ratio est: qz ly de9 significat i rõne pncipij effectui. eentia vo nõ. Tertia ppõ est h: Attribuim9 pri potentiã: filio sapia3: τ spũisctõ bonitatẽ nõ obstãte q oibus eq essentialit sine distinctiõe sil couenĩũt. Hãc mgr pbãs dicit: q attribuim9 pri potentiã eo q in creaturis patrib9 inesse cõsueuit debilitas. Scientiã filio. eo q in creaturis filij solẽt eẽ ignari. Et bonitatẽ spũisancto. eo q in creaturis spũs tumorem τ inflatione3 importat. Postea dicit q hoc nomen homousion ab antiquis pmo fuit cõcessum. tande3 ppt malũ vsum hereticox fuit damnatũ τ phibitũ. S3 finaliter ppt vitatẽ rei iteratofuit receptũ. Demũ dicit de noib9 trãslatiue: et nõ vult aliud dicere nisi q assignãda est rõ bm quã trãsferunt. Et tñ de snia hui9 distinctiõis in speciali.

De quibusdã q bm subam de do dicunt q speale efflagitãt tractatũ sc3 de scia τ prescia et puidentia: τ dispositiõe: pdestinatione: volũtate et potentia. a

DI. XXX V

De scia dei in gnali bm se.

c Vnq3 supra disseruerim9 ac pl'a dixerimus de his q cõiter bm substãtiam de deo dicuntur: eorum tamẽ quedã specialem efflagitãt tractatũ: de quibus ammodo tractãdum est. i. de scientia: pscientia: puidẽtia: dispositiõe: pdestinatione: volũtate τ potentia. Sciendum ergo est q sapiẽtia vel scientia dei cum sit vna et simplex: tamen propter varios rerũ stat9 et diuersos effect9 plura ac diuersa sortit

Qd sapia dei cu3 sit vna. tñ ppter varios stat9 rerũ pl'a sortitur vocabula.

nomina. Dicitur enim nõ tñ scia: s etia3 prescientia vel prouidentia: dispositio: pdestinatio τ puidẽtia. Et est pscientia siue puidẽtia non de futuris tantũ: sed de oĩb9: de bonis sc3 τ de malis. Dispositio vo de faciẽdis. Predestinatio d oib9 saluãdis: τ de oĩb9 bonis: quib9 et hic liberantur τ in futuro coronabunt. Predestinauit enim deus ab eterno homies ad bona eligendo: τ predestinauit eis bona ppãrãdo. Q hoies predestinauit apostolus ostẽdit dicẽs: Predestinauit qs p sciuit fieri conformes imaginis filij sui: et alibi: Elegit nos añ mũdi 9stitutionẽ: vt essemus sancti et imaculati. Q autẽ bona eis ppauerit: ppha Esaias oñdit dicẽs: Oculus nõ vidit deus abs te q ppasti diligẽtib9 vel expectãtib9 te. Ergo ab eterno pdestiauit qsdã futuros bonos τ beatos. i. elegit vt eẽnt boni τ bti: τ bona eis pdestinauit: id est ppauit. Prouidentia aũt est gubernandorũ: que vtiq3 eodem mõ videt accipi quo dispositio. Interdũ tñ puidẽtia accipit p pscia. Sapiẽtia vo vel scia que de oĩbus est. s. bonis τ malis: τ de pñtib9 pteritis τ futuris τ nõ tñ de tpalib9: s etiam de eternis. Nõ eñ ita scit de9 ista tpalia vt seipm nesciat: s ipse solus seipm pfecte nouit: cui9 scie cõpatione omnis creature scia impfecta est.

De qb9 sit prescietia vel prouidentia:

De quibus dispositio.

De quibus predestinatio.

Q τ hoies pdestinãtur ad bona: et bona hominibus.

Rom. viij.

Ephes. j.

Esa. lxiiij. et j. Cor. ij.

De quibus prouidentia.

De sapiẽtia vel scientia τ de qb9.

Vtrũ scia vel pscia vl' dispositio vel predestinatio potuerit esse i deo si nulla fuissent futura. b

Hic considerari oportet: vtx scia vel pscia vl' dispositio vl' pdestinatio potuerit eẽ in deo si nulla fuissent futura: Cũ eñ pscia sit futurorũ et dispositio faciendox: τ pdestiatio saluãdox: si nulla eẽnt futura: si nihil eẽt facturus de9 vel aliqs saluatur9: nõ videt potuisse in deo esse pscia vel dispositio vl' pdestinatio. potuit aũt de9 nulla pscire futura: potuit nõ creare aliquid vel non saluare aliquos. potuit g in deo nõ esse prescietia vel dispositio vel pdestinatio. Ad h aũt ita a qbusdam opponit. Si inquũt potuit presciẽtia dei nõ esse i deo ab eterno τ potuit nõ esse. Si vero potuit nõ eẽ cũ psciẽtia dei sit ei9 scia τ scia sit el9 essentia: potuit ergo nõ esse ab eterno: id qd ẽ diuina essentia. Ita et de dispositiõe τ pdestinatione q est diuina essentia obijciunt. Addunt quoq3 et alia ita loquẽtes

Oppositio.

Si potuit deus nõ prescire aliquã: cũ idẽ sit deo pŝcire qd scire ⁊ scire qd eẽ: potuit ergo nõ esse. Itẽ. Cũ idẽ sit deũ pŝciũ esse ⁊ deũ esse: si potuit non esse presci⁹ potuit nõ esse deus. Potuit aũt nõ esse prescius: si potuit nulla pŝcire. At potuit nulla pŝcire: quia potuit nulla facere.

Qũsio ꝙ pŝcia ⁊ dispositio ⁊ pdestinatio quasi relatiue dicunt ad futuras res vel faciendas. c

Ad hoc iuxta modulum nostre intelligẽtie ita dicim⁹: prescientia ⁊ dispositio vel pdestinatio ad aliquid dici videnť. Sicut eñ creator ad creaturaʒ relatiue dr: ita pŝcia vel pŝci⁹ ad futura referri videť: ⁊ dispositio ad faciẽda ac pdestinatio ad saluãda. Verũtamẽ creator ita relatiue diciť: vt essentiã nõ significet. Prescia vo vel pŝcius ⁊ in respectu futuroꝝ dr: ⁊ essentiã designat: ita etiã dispositio et predestinatio. Ideoqȝ cũ diciť: Si nulla essent futura non esset in deo prescientia: vel non esset deus prescius quia varia est ibi causa dicendi distingui oportet rationẽ dicti. Cum ergo dicis: Si nulla essent futura: non esset in deo presciẽtia vel non esset prescius. Si in dicendo hãc causam attendis: scilicet quia nulla essent subiecta eius prescientie: vnde ipsa possit dici prescientia vel ipse presci⁹: quod vtrũ ꝙ dicitur ꝓpter futura: verus est intellectus. Sin autem ea ratione id dicis ꝙ nõ sit in eo scia qua pŝcit futura vel ꝙ ipse nõ sit deus qui est futurorum prescius falsa ẽ intelligẽtia. Similiter ⁊ ille locutiões determinande sunt: Potuit non esse pŝcientia dei: vel potuit non esse prescius: ⁊ potuit deus non prescire aliqua id est potuit esse ꝙ nulla futura subiecta essent eius sciẽtie: ⁊ ita non posset dici prescius vel prescire vel scientia eius prescientia: nõ tamen eo minus ipse esset: vel eius scientia. Sed non posset dici pŝci⁹ vel pŝcire vel pŝcia si eius scie futura nulla forent subiecta. Similiter de dispositiõe ⁊ predestinatõe vel ꝓuidentia. Hec eñ vt dictũ est ad temporalia referunť: ⁊ de tpalibus tñ sunt.

Q scia dei non tantũ est de temporalibus sed etiam de eternis. d

Sciẽtia vero vel sapientia non tñ de tẽpalibus: sed etiam de eternis ẽ. Ideoqȝ ⁊ si nulla fuissent futura: esset tamẽ in deo scientia eadẽ q̃ modo est: nec minor esset ꝙ̃ modo: nec maior est ꝙ̃ esset. Sciuit ergo de⁹ ab eterno eternum ⁊ omne quod futurũ erat ⁊ sciuit immutabiliter. Scit quoqȝ non minus preterita ⁊ futura ꝙ̃ pñtia: ⁊ sua eterna sapia ⁊ immutabili scit ipse omnia que sciũtur. Omnis eñ ratio superne ⁊ eterne sapientie (vt ait Ambrosius) in eo est: q: omneʒ sapientiam ⁊ essentiaʒ capit sua immensa sapientia.

Quare omnia dicanť esse in deo ⁊ quod factum est habet vitã esse in eo. e

Propterea oĩa dicũtur esse in deo ⁊ fuisse ab eterno. Unde Aug. sup Geñ. Hec visibilia inquit anteꝙ̃ fierent non erant: quomodo ergo nota deo erant q̃ nõ erãt? Et rursus quõ ea faceret que sibi nota non erant: nõ eñ q̃cꝙ̃ fecit ignorans. Nota ergo fecit: non facta cognouit. Proinde anteꝙ̃ fierent ⁊ erãt ⁊ non erant. Erant in dei scientia: nõ erant in sua natura. Ipsi autem deo nõ audeo dicere alio modo innotuisse cum ea fecisseʒ ꝙ̃ illo q̃ ea nouerat vt faceret: apud queʒ nõ est transmutatio: nec vicissitudinis obumbratio. Ecce hic habes ꝙ hec visibilia anteꝙ̃ fierent in dei scientia erãt. Ex hoc ergo sensu omnia dicũtur esse in deo: ⁊ oẽ quod factum est diciť vita esse in ipso: nõ ideo ꝙ creatura sit creator: vel q: ista tpalia essentialiter sint i deo: sed quia in eius scia sp sunt que vita est.

August. sup Geñ.

Iaco. j.

Joh. j.

Q eadem rõne dicũtur omnia ei presentia. f

Inde est etiam ꝙ oĩa dicunť ei presentia esse: nõ solũ ea que sunt: ꝟ etiam ea que preterierũt: ⁊ ea q̃ futura sunt: ꝟm illud: Qui vocat ea que nõ sunt tanꝙ̃ ea que sunt. Quia vt ait Amb. in libro de trinitate. Ita cognoscit ea que non sunt vt ea que sunt. Et hac ratõe oĩa dicuntur esse in eo vel apud eum siue ei psentia. Uñ Aug. sup illum locum ps. Et pulchritudo agri mecum est. Ideo inquit mecum est: q: apud deum nihil preterijt: nihil futurũ est. Cum illo sunt oĩa futura: ⁊ ei nõ detrahunť iam pterita. Cũ illo sũt oĩa cognitione quadam ineffabili sapiẽtie dei. Ecce hic aperit Augu. ex qua intelligentia accipiẽda sunt hmõi verba: oĩa sũt

Rom. iiij.

Ambrosius. de tri. li. v.

Augustinus. ps. xlix.

deo p̄ntia: in deo sunt omnia vel cum deo vl' apud deū: vel in eo vita: q: ineffabilis oīm cognitio in eo est.

Ista est distinctio tricesimaquinta huius primi libri: In qua magister postq̄ egit de deo ⁊ conditionibꝰ eius q̄ ipm̄ ꝯcernūt in essendo: incipit agere de ipso sm̄ ꝯditiones q̄ ipm̄ respiciunt in operando. Et tria circa hoc facit. Nā p̄io ostendit quō multipliciter accipiat̄ scientia dei. Secundo inquirit an scientia dei depēdeat a rebus scitis. Tertio inquirit que sint a deo scita ⁊ qualiter. Primū facit a principio vsq3 ibi: Hic ꝯsiderari opt3 Scd̄m vsq3 ibi: Propterea oīa dicunt̄. Tertiū vero vsq3 ad finē distinctiōis. Et hec est sn̄ia magistri in generali. In speciali sn̄ia magistri stat in tribus ꝓpositionibus: quarum prima est hec: Unica ⁊ inuariabilis est dei scientia: q̄ ꝓpter varios reru3 status diuersis nominat̄ vocabulis. Hanc magister ꝓbās dicit ꝙ scīa dei q̄ est vna de attributis essentialibꝰ: specialez requirit tractatū ⁊ nō solū scientia: s3 etiā prescientia: dispositio: predestinatio ⁊ prouidentia. Prescientia enim dicitur respectu omnium futurorum: siue bonorum siue malorum: Dispositio v̄o respectu fiendorum. Predestinatio est de hominibus saluandis: ⁊ de bonis quibus hic a malo liberātur: ⁊ in futuro coronabuntur. Prouidentia est de gubnandis: ⁊ similiter dispositio: sed differunt: quia dispositio ad fieri ⁊ esse rei: ꝓuidentia autem spectat ad bene habentem ⁊ ad rei conseruationem. Interdum tm̄ ꝓuidentia accipit̄ ꝓ p̄scientia. Scīa v̄o siue sapīa dicit̄ respectu oīm vniuersaliter: siue p̄ntiū p̄teritoꝝ: futuroꝝ: bonoꝝ ⁊ maloꝝ: ⁊ nō solū respectu tēꝑalium: sed etiā respectu eternoꝝ. Secunda ꝓpositio est hec: Qō si nulla essent futura tūc respectiue in deo scīa nō diceret̄. Hanc ꝓpositionez mgr̄ inuestigās q̄rit. Utrū si nulla essent vel fuissent futura an adhuc prescīa: dispositio: predestinatio in dō fuissent. Et arguit̄ p̄mo ꝙ non. Nā oīa ista dicūtur ꝑ respectū ad futura: ergo si nulla eēnt vel fuissent futura: ista in deo locū nō habuissent. In ꝯtrarium arguit̄ sic. Predestinatio dei dispositio ⁊ p̄scīa sunt idē qō scīa dei: s3 scīa ē idē qō eēntia: ergo a primo ad vltimū p̄scīa dei est idē qō essentia. Sed essentia dei esset dato etiā ꝙ nullū futurū eēt: ergo p̄scīa dei fuisset in deo circūscripto om̄i futuro. Et rn̄det magister ꝙ si nulla fuissent futura tolleret̄ p̄scīa dei q̄ntū ad respectū ⁊ antecessionē quā importat ad futura sed nō q̄ntū ad essentiā que tali respectu subijcit̄: prescīa em̄ scīa3 dicit cū respectu: ablato vero respectu scīa manet: que deo ab eterno cōpetit: ⁊ ꝓpter creaturarum existentiā vel differētiā in nullo augetur vel minuitur. Tertia ꝓpositio est hec: Deus oē preteritū ⁊ omne futurum vt sibi presentia intuet̄. Et ꝓbat̄ sic. Omne illud deus tanq̄ presens intuetur qō in eiꝰ essentia actualiter continet̄: s3 oīa p̄terita p̄ntia ⁊ futura sunt ⁊ fuerūt ab eterno in dei essentia: ergo deus oē p̄teritū ⁊ futurū tanq̄ sibi actualiter p̄ntia intuetur: ꝯsequentia tenet: sed maior ⁊ minor sūt magistri in textu: ergo ꝓpositio vera. Et tm̄ de sn̄ia ⁊c̄.

DI. XXXVI

Quō res sunt in deo.

Utruz concedendū sit oīa esse in dei essentia vel in eo ꝑ essentiā vt oīa dicunt̄ esse in dei cognitione vel presentia. a

s

Ulet hic queri cum omnia dicantur esse in dei cognitione seu presentia vel in deo ꝑ cognitionem ⁊ eius cognitio vel presentia sit diuina essentia: vtrū ꝯcedendum sit oīa esse in diuina essentia: vel in deo ꝑ essentiam? Ad qō dicimꝰ q: dei cognitio eiꝰ vtiq3 eēntia est: ⁊ eius presentia in qua sunt omnia ipsius cognitio est: nec tm̄ oīa q̄ sunt in eiꝰ p̄ntia vel cognitiōe in eius essentia eē dici dn̄t. Si em̄ h̄ diceret̄: intelligerent̄ eē eiusdem cū deo essentie. In deo em̄ dicit̄ esse ꝑ essentiam qō est diuina essentia qō est deus. Ih3 g̊ deꝰ apō se in p̄ntia sua: q̄ nō h3 in sui natura. Un̄ Augu. de verbis apl'i ita ait: Elegit nos ante mūdi ꝯstitutionē. Quis sufficit hoc explicare? Eligunt̄ q̄ nō sunt: nec errat qui elegit: nec vane eligit. Elegit tm̄ ⁊ h3 electos quos creaturus est eligendos: quos habuit apud semetip̄m nō in natura sua: s3 in p̄ntia sua. Nōdū erant q̄bꝰ ꝑmittebat̄: s3 ⁊ ipsi ꝑmissi sunt quibꝰ ꝑmittebat̄. Ecce hic apte dicit deū apud semetip̄m habere electos ante mūdu3: nō in natura sua: s3 in p̄ntia sua cū tm̄ eiꝰ p̄ntia non aliud sit q̄ eius natura: q: ipsius presentia eius est noticia. Pōt tm̄ ad electos referri cum ait: In natura sua. i. illoꝝ: Illos q̄ppe habuit ab eterno apud se: nō in natura sui. i. illoꝝ: q̄ nōdu3 erant: s3 in sua p̄ntia: q: eos ita nouit ac si essent.

Rn̄sio.

Augustinus. Eph. j.

Utrū mala debeāt dici eē in deo vbi sunt oīa bona: cū vtraq3 sint in eius cognitiōe ⁊ presentia: oīa enim cognoscit. b

Post p̄dicta queritur: cū oīa dicant̄ esse in deo nō ꝑ essentiam nature: s3 ꝑ cognitionē scīe: ⁊ deꝰ sciat ⁊ bona ⁊ mala: vtrū cōcedendū sit simpliciter mala esse in deo: siue esse in deo ꝑ cognitiōem? Scit em̄ deus ⁊ sciuit sꝑ oīa: tā bona q̄3 mala: etiā anteq̄3 fierent: ⁊ p̄sciuit ab eterno ea futura. Ideoq3 cū oīa bona diximus esse in deo ꝓpter presentiā cognitionis: eadem ratione videt̄ dicēdum oīa mala esse in eo: cū ea semper nouerit: ⁊ ꝑ cognitionem ei p̄ntia fuerint. Precognouit em̄ deꝰ ab eterno quosdā futuros malos ⁊ eoꝝ maliciā (vt ait Aug.) presciuit s3 non preꝑauit. Cū ergo peccata oīm sciat: nunq̄d intelligēdū est ea includi in illa generalitate locutiōis: qua dixit apl's om̄ia esse in deo. Ex ipso inquit ⁊ per ipsum ⁊ in ipso sunt omnia. Sed quis nisi insanus Rom. xi.

Que itelligantur esse in deo

dixerit mala esse in deo? Illa em ee in do intelligũt: que ex ipso ꝛ p ipsum sunt Ea vero p ipm sunt ꝛ ex ipso quoꝝ auctor ē: ꝟ non est auctor nisi bonoꝝ. Non ergo ex ipso ꝛ p ipm sunt nisi bona: ita ꝙ nõ in ipo sunt nisi bona. Nõ ꝙ mala in deo sunt qꝛ licet ea noscat: nõ tamen ita oino noscit vt bona. Mala ꝙ quasi de longe cognoscit: vt ait ꝓpheta: Et alta a lõge cognoscit. i. supbiã. Et alibi ad deũ loquẽs de malis ait: De abscõditis tuis adimpletus est vẽter eoꝝ. Quod exponens Augu. Abscõdita inquit peccata sunt que a lumine tue veritatis absconduntur. Sed quomodo peccata a lumine veritatis diuine absconduntur cum a deo sciantur? Si enim non sciret quomodo de illis iudicaret ꝛ ꝑ illis malos damnaret? Alibi propheta: Quia neqꝫ ab oriente neqꝫ ab occidente deest. Quod exponens Cassio. inqt Neqꝫ a bonis neqꝫ a malis deest deus: ꝟ omnibꝰ presens ꝛ cognitor est. Cognoscit ergo deus ꝛ bona ꝛ mala per sciẽtiam: ꝟ bona cognoscit etiã per approbationẽ ꝛ p bñplacitũ: mala vero non. Unde Cassiod. sup Ps. dicit: Peccata abscondita deo sunt: quia non nouit id est approbat. Et ex eo sensu Augustinus dixit ea abscõdita a lumine dei. Qui etiam in lib. ad Heluidium insinuat cognitiõem dei varijs modis accipiendam inquiens: Si ad scientiam referas non ignorat deus aliquos vel aliqua: qui tamen in iudicio quibusdaꝫ dicet: Nõ noui vos: sed eorum improbatio hoc verbo insinuata est. Ecce nõ cognoscere dicit de us que nõ approbat: que ei non placent: Apparet itaqꝫ verum esse qđ diximus. s. qꝛ quodã modo cognoscit deꝰ bona quo nõ cognoscit mala. Pariter quidem vtraqꝫ eodemqꝫ modo noscit q̃tum ad noticiam sed bona etiam approbatione ꝛ beneplacito cognoscit.

Q nõ oino ita cognoscit deꝰ mala vt bona: qꝛ mala tm̃ p sciaꝫ: bona xo p ꝓbationẽ et bñplacitũ.

Ps. cxxxviij.

Ps. xvj.

Ps. lxxiiij.

Cassiod. super Ps. xvj.

Matth. vij.

Hic apit quare bona tm̃ dicant esse in deo ꝛ non mala. c

Et ide est ꝙ bona tm̃ dicuntur esse in deo nõ mala: ꝛ illa prope: hec lõge: quia licet in deo aliqua dicatur esse propter cognitionis presentiaꝫ: ꝛ deus bona ꝛ mala cognoscat: mala tamẽ nõ cognoscit nisi p noticiã: bona vero nõ solũ p scientiã ꝟ etiam per approbationeꝫ ꝛ beneplacitũ. Et ob talem cognitionem aliqua dicuntur esse in deo: scꝫ quia ita ea scit vt etiam approbet et placeat id est ita scit vt eoꝝ sit auctor.

Q idẽ est omnia esse ex deo: ꝛ per ipsum ꝛ in ipso. d

Proinde si diligẽter inspiciamus: idẽ videt eẽ: oia eẽ ex do ꝛ p ipm in ipso. Uñ Amb. in. ij. li. de spũ sancto: Hec tria ex ipso ꝛ per ipm ꝛ in ipo sunt omnia vnum esse supra diximus. Cũ dicit per ipsum esse omnia: non negauit in ipo esse omnia. Eandem vim habet om̃ia hec. s. cũ ipo ꝛ in ipo ꝛ p ipm: ꝛ vnũ in hisatqꝫ ꝯsimile non contrarium intelligitur. Ecce habes quia ex eadẽ intelligẽtia scriptura dicit oia eẽ in ipo: ꝛ p ipm: ꝛ ex ipo ꝛ cũ ipo. Cũ ꝙ ex eadem ratiõe oia dicantur esse ex deo vel p ipm nõ solũ qꝛ scit: ꝟ etiam qꝛ eorum auctor est cõsequit vt eadem ratione ita esse in deo dicantur: scꝫ qꝛ scit ꝛ eoꝝ auctor esse dicitur: qꝛ in illo viuimus ꝛ mouemur ꝛ sumus: qꝛ eo auctore sumus mouemur ꝛ viuimus. Cum ergo nõ sit auctor nisi bonorum: merito sola bona in eo esse dicunt sicut ex ipso ꝛ per ipm Cum ergo in eius cognitione vel presentia sint oia. s. bona ꝛ mala: in eo tm̃ non dicuntur esse: nisi bona quorum auctor est. Uñ Augu. in libro de natura boni Cum audimus inquit ex deo ꝛ per ipꝫ ꝛ in ipo esse oia oẽs vtiqꝫ naturas itelligere debemus ꝛ omnia que naturaliter sunt. Neqꝫ em ex ipso sunt pctã que naturã nõ seruãt sed viciãt: q̃ ex volũtate peccãtiũ nascunt omnia. Hic aperte dꝛ ꝙ in illa generalitate locutionis bona tm̃ ꝑtinentur.

Rom. xj.

Ambrosius.

Augustinus.

Q oia ex patre ꝛ p prẽm ꝛ in prẽ sunt: ita ꝛ de filio ꝛ de spũsctõ est dicẽdum: licet ꝓpter personas fiat distinctio. e

Preterea sciendũ est: ꝙ licet ibi indicet distictio ꝑsonarũ cũ dꝛ ex ipo ꝛ p ipm ꝛ in ipo: oia tm̃ ex prẽ et p prẽꝫ ꝛ in prẽ sunt. Similr de filio ꝛ spũsctõ accipiẽdũ est. Uñ Aug. in. j. li. de tri. Nõ ꝯfuse inqt accipiẽduꝫ ẽ qđ ait apl's ex ipo ꝛ p ipm ꝛ in ipo. Ex ipo dicẽs ꝓpter prẽm: p ipm ꝓpt filiũ: in ipo ꝓpt spm̃sanctũ. Uigilãter aũt attende: ne qꝛ prẽm volens intelligi dixit ex ipo: sic itelligas oia eẽ ex prẽ vt neges oia eẽ ex filio vl ex spũsctõ: cũ ex prẽ ꝛ p prẽm ꝛ in prẽ omnia eẽ sane dici pñt: similiter ꝛ de filio ꝛ de spiritu sctõ dicendum est.

Augustinus.

Rom. xj.

Q nõ omnia q̃ ex deo sunt etiã de ipso sunt: sed econuerso. f

Illud etiaz hic annectendum est: q non omnia que dicunt esse ex deo: etiaz de ipso esse dici debeant: Quia vt ait Augustinus in libro de natura boni. Non hoc significat penit⁹ ex ipso qd de ipso. Quod em̃ de ipso est: potest dici esse ex ipso: sed nõ omne qd ex ipso est: potest dici esse de ipso: q: non ẽ de sua substantia. Ex ipso enim sunt celum ⁊ terra: quia ipse fecit ea: non autem de ipso: quia non de substantia sua. Sicut aliquis homo si generat filium et faciat domum: ex ipso est filius: ex ipso est et domus: sed filius de ipso: domus vero de terra ⁊ ligno: non de ipso. — Augustinus.

Que dicta sunt summatim colligit. g

Ex premissis apertum est q in dei cognitiõe siue p̃ntia sunt omnia: scz bona ⁊ mala: sed nõ omnimodo sunt ibi mala quo bona: ⁊ q in deo bona tm̃ sunt: sicut ex ipso ⁊ p ipm̃: nõ mala. Et ex quo sensu hec accipienda sint assignatũ est. Et q de ipso nõ dicitur esse pprie: qd aliud est ab ipso. Ex ipso aũt esse dicunt omnia q̃ eo auctore sunt.

Ista est distinctio .xxxvi. huius primi libri: In q̃ mgr̃ postq̃ egit de scia dei s̃m se: agit de cõparatione rerũ scitarum ad scientẽ. Et tria facit. Nam primo ostendit q nõ omnia sunt in dei essentia sicut sunt in dei scientia. Secundo subdit qualiter se habeat sciẽtia dei ad bona ⁊ mala. Tertio concludit q nõ omnia q̃ sunt ex deo patre p̃nt dici de ipso. Primũ facit a principio distinctiõis vsq ibi: Post predicta queritur. Secũdũ vsq ibi: Illud etiam hic aduertendum. Tertiũ vero vsq ad finez distinctionis. In spãli sententia magistri stat in tribus ppositionibus: quarum prima est hec: Q licz omnia sint in dei scientia: non tamen omnia sunt in eius essentia. Hanc mgr̃ pbat respondens ad hãc questionem. Utrum omnia que deus cognoscit possunt dici esse in eius essentia: sicut dicunt esse in dei scientia: que idem est qd sua essentia. Et respondet q omnia que sunt in essentia diuina sunt eiusdez nature cum deo. Ea aũt que sunt in ei⁹ sciẽtia: nõ sũt eiusdez nature cum deo. Ideo omnia cognita a deo possunt dici esse in diuina scientia: licet non possunt dici esse in eius essentia. Secunda ppositio ẽ hec: Stat deum aliqualiter cognoscere bona qualiter ñ cognoscit mala. Hanc magister probãs q̃rit. Utrũ mala que cognoscunt a deo possunt dici esse in deo Et respõdet q non: quia illa solum dicuntur esse in deo ad que deus se habet in ratione principij: non autez sic se habet deus ad mala. Tertia ppositio est hec: Licet omnia que sunt de deo possunt dici ex ipso: non econuerso omnia que sunt ex ipso possunt dici de ipso. Hec ppositio patet per hoc: q esse de deo dicitur ab ipso s̃m substantialitatem sed esse ex denotat generalem principatiõem. Unde patet q nihil de deo pprie dicit: nisi quod est de eius substãtia: sed ex deo dicuntur esse omnia que quouis modo sunt ab ipso principiata. Si ergo omne illud qd est ex eo dicitur esse de deo: omnes creature dicerẽtur esse substantiales ipsi deo: qd falsum est: sz soluz psone filij ⁊ spũssctĩ q̃ sunt de pr̃e p̃nt dici ipsi consubstantiales. Et tm̃ in spãli.

Quibus modis dicat deus esse in rebus. a

Di. XXXVII. Quõ de⁹ est in rebus ⁊ locis corpalibus.

Et quoniã demonstratũ ẽ ex parte: quomõ omnia dicant esse in deo: addẽdum videtur hic quibus modis dicat d̃s esse in rebus: si tamen id humana mẽs vl ex parte digne valet cogitare: vel lingua sufficit eloqui. Sciendũ ergo est q de⁹ incõmutabiliter semper in se existens: p̃sentialiter: potentialiter: essentialiter est in oi natura siue essentia sine sui diffinitione: ⁊ in omni loco sine circumscriptione: ⁊ in oi tpe sine mutabilitate. Et p̃terea in sanctis spiritibus ⁊ animabus est excellenti⁹. s. p grãm inhabitans: ⁊ in hoĩe xp̃o excellẽtissime: in quo plenitudo diuinitatis corpalit̃ ĩhabitat: vt ait apl's. In eo em̃ de⁹ habitauit nõ p grãz adoptiõis: sed p grãz vnionis. Ne aũt ista (q: capacitatẽ humane intelligẽtie excedũt) falsitatis arguere aliqui p̃sumant: sctõx auctoritatibus munienda mihi videnẽ. Beatus Greg. sup cãtica cãticoz inquit. Licet deus cõi modo omnibus rebus insit p̃ntia: potẽtia: sbã: tamẽ familiariori mõ p grãz d̃r esse in illis q̃ mirificẽtiã operũ dei acutius ⁊ fidelius considerant. De hoc eodẽ Aug. ad Dardanum in li. de p̃ntia dei ait. Cum de⁹ sit natura incorpea ⁊ incõmutabiliter viua eterna stabilitate in seipso manẽs: tot⁹ adest rebus oib⁹: ⁊ singulis totus sed in quib⁹ habitat habẽt eũ p sue capacitatis diuersitate: alij ampli⁹: alij min⁹: quos ipe sibi dilectissimũ tẽplũ grã sue bonitatis edificat Hylarius q̃z in. viij. li. de trini. aptissime docet deũ vbiq esse. Deus inquit ĩmense virtuti viuẽs potestas que nusq̃ nõ assit: non desit vsq̃: se oẽm p sua edocet vt vbi sua sint ipse esse intelligat. Nõ aũt corpali mõ cum alicubi sit: nõ etiam vbiq eẽ credatur: cum ⁊ in omnibus esse non desinat Amb. in. j. li. de spũsctõ. Spiritũsctm̃ pbat nõ esse creaturã: quia vbiq est: qd est ppriũ diuinitatis: ita dicens: Cũ ois creatura certis nature sue sit circũscripta limi-

Margin notes: Q de⁹ in oi re est essentialiter: potentialiter: ... in sctis p grãm ⁊ in hoĩe xp̃o p vnionez in psone. — Colo. ij. — Auctoritates ... ita eẽ ostendunt. — Greg. sup cãtica ... xvij. Quo ... ijt. — Augustinus. — Hylarius. — Ambrosius.

tibus: quō q̄s audeat creaturā appellare spm̄sctm̄: q̄ nō habet circūscriptā determinatāq̧ virtutē: q̄ ⁊ in oībus ⁊ vbiq̧ sp est: qđ vtiq̧ diuinitatis ⁊ dominationis est ꝓpriū. Idē in eodez. Dn̄i est oīa cōplere q̄ dicit: Celū ⁊ terraz ego cōpleo. Si ḡ dn̄s est qui celum complet ⁊ terraz: quis ergo pōt spm̄sctm̄ iudicare dn̄ationis ⁊ diuine potestatꝭ exortē qui repleuit orbē. Et qđ plus est repleuit ⁊ Jesum totius mundi redemptorem. Ex his alijsq̧ pluribꝰ auctoritatibus aperte mōstratur: q̧ deꝰ vbiq̧ in omni creatura essentialiter presentialiter ⁊ potentialiter est. — Hiere. xxiij. Sap. j. Esa. xj.

Q̧ in sctis nō mō ē sz etiā habitat q̄ nō vbicūq̧ ē habitat. b

In sctis vero etiaz habitat in q̄bus est ꝑ grāz nō. n. vbicūq̧ est ibi habitat: vbi vo habitat ibi est. In solis bonis habitat: qui sunt templū eiꝰ: ⁊ sedes eius. Vn̄ per Esaiam dn̄s ait: Celū mihi sedes ē: terra aūt scabellū pedū meorum: q̄ꝛ in electis q̄ sunt celū habitat deꝰ ⁊ regnat: qui eiꝰ volūtati deuoti obtēperāt: malos vero qui sunt terra: iudicij districtione calcat. Unde in li. Sap. dicit̃ Thronus sapiētie anima iusti: q̄ꝛ in iustis spēalius est q̄ in alijs rebus: in quibus tn̄ omnibus totus est: queadmoduz anima (vt ait Aug. in ep̄la ad Hiero. de origine anime) ꝑ oēs ꝑticulas corporis tota adest simul: nec minor in minoribꝰ nec maior in maioribꝰ: sed tamē in alijs intensius ⁊ in alijs remissius opat̃: cū in singlis ꝑticulis corporis essentialiter tota sit. Ita ⁊ deus cū sit in oībus essentialiter ac totus: in illis tamē plenius esse dr̄ quos inhabitat. i. in q̄bꝰ ita est vt faciat eos tēplū suū: ⁊ hi tales cū eo sūt iam ex ꝑte: ſ in beatitudine ꝑfecte. Mali vero ⁊ si ibi sint vbi ipse est qui nusq̄ deest: nō tn̄ sunt cū eo. Unde Aug. sup Johā. Nō satis fuit dicere: vbi ego sum ⁊ illi sint: ſ addidit mecū: q̄ꝛ ⁊ ibi miseri pn̄t esse vbi ⁊ ille est: qui nusq̄ deest. Sed bti sunt cū illo: q̄ꝛ nō sunt beati nisi ex eo q̧ cū illo sunt: qui fruunt̃ eo: ⁊ vidēt illum sicut est. Mali vo non sunt cū illo: vt ceci in luce non sunt cū luce: nec boni ita nunc sunt cū eo vt videāt ꝑ spēm: ⁊ si sunt aliquo modo cū eo ꝑ fidē. Quō aūt deus habitet in bonis ex illis aliquatenus intelligere valebis q̄ supradicta sūt: cū de spiritussancti ꝓcessione tꝑali ageret̃: vbi lꝫ ex ꝑte expo- — Esa. lxvj. Augustinus. Joh. xvij. Si vis itelligere quō hitet: reqre ī ꝑtica ð spūsctō.

nitur ex ꝑte eni cognoscimus ⁊ ex ꝑte prophetamus: quō spūssctūs habitet in nob: qui nō sine pr̄e ⁊ filio inhabitat. — j. Cor. xiij.

Ubi erat vel habitabat deus anteq̄z esset creatura. c

Si aūt queris vbi habitabat deus anteq̄ sancti essent: Dicimꝰ q̄ꝛ in se hitabat. Vn̄ Aug. in li. ꝯ Maximinū. In tēplo inq̄t suo habitat deꝰ. s. i. sctis q̄ sunt tēplū dei mō ſm fidē ambulātes: ⁊ tēplū dei erūt aliq̄n ſm spēm: qualiter etiā nūc tēplū dei sunt angeli. Sed dicet aliq̄s: Anteq̄ faceret deꝰ celū ⁊ terrā: anteq̄ faceret sanctos vbi habitabat: In se hitabat deus: apud te habitat: ⁊ apud se est. Nō ḡ scti sic sunt domus dei: vt ea subtracta cadat deus. Immo sic habitat deꝰ in sctis vt si ipse discesserit cadant. — Augustinus.

Multa hic breuiter docz que cōfirmant predicta. d

Sciendū est etiaz q̄ꝛ vt ait Aug. in li. ad Dardanū. Dici nisi stultissime neq̄t: spm̄sctm̄ nō hr̄e locum in nr̄o corpe: q̧ totum aīa nostra impleuerit. Stultiꝰ etiā dicit̃ angustijs alicubi impediri trinitatē: vt pr̄ ⁊ filiꝰ ⁊ spūssanctus alicubi simul eē nō pn̄t. Uerū illud ē multo mirabilius: q̧ cū deꝰ vbiq̧ sit totꝰ non tamen in omnibus habitat. Quis porro audeat opinari: nisi insepabilitatē trinitatis penitꝰ ignoret: q̧ in aliq̄ possit habitare pr̄ ⁊ filiꝰ in quo non habitet spūssctūs: aut in aliquo spūssctūs in quo nō habitet pr̄ ⁊ filiꝰ: Fatēdū est ḡ vbiq̧ esse deū ꝑ diuinitatis pn̄tiam: ſ nō vbiq̧ ꝑ inhabitationis grām. Propter hanc. n. inhabitationez grē nō dicimꝰ pr̄ nr̄ q̄ es vbiq̧: cū ⁊ ħ verū sit ſ q̄ es in celis. i. in sctis: in quibus est quodā excellentiori modo. — Aug. in li. ad Dardanū. c. xj. Luc. xj. Matth. vj.

Q̧ deꝰ inhabitatorē quorūdā nōdum cognoscētiū deū: ⁊ nō quorūdā cognoscētiū. e

Illud quoq̧ mirabile est: quia vt ait Aug. in eodez. Deꝰ est inhabitator quorundā nōdum cognoscētium deum: ⁊ nō quorūdam cognoscētium deū. Illi. n. ad templum dei nō pertinent: qui cognoscentes deū nō sicut deū glorificant. Ad templū dei ꝑtinent paruuli sanctificati sacro xp̄i ⁊ regenerati spiritu sancto: qui nondū valent cognoscere deū — Augustinus.

Ergo quē potuerūt illi nosse nec hr̄e: isti potuerūt hr̄e anteꝗ̄ nosse. Btissimi autē sunt illi qb⁹ est deū hr̄e qd̄ nosse. Hic aliquaten⁹ apit Aug. quō de⁹ habitet in aliquo. i. habeat̄: cū videlicet ita ē in aliq̄ vt ab eo cognoscat̄ ⁊ diligatur.

Quō deus tot⁹ vbiqꝫ sit per essentiam: non potest intelligi ab hūano sensu. f

Ex predictis patet ꝙ de⁹ vbiqꝫ tot⁹ ē ꝑ essentiā: ⁊ in sctis habitat ꝑ grām. Cūqꝫ supi⁹ lꝫ tenuiter ostēsum sit q̄ rōne dicat̄ habitare in q̄busdā: nūc efflagitaret ordinis rō id etiā assignari quō vbiqꝫ ꝑ essentiā ⁊ tot⁹ sit nisi huius ꝯsideratōis sublimitas atqꝫ imēsitas hūane mētis sensum oīno excederet. vt em̄ ait Chrys. sup eplām ad Heb. Sicut multa de deo intelligimus que loq̄ penit⁹ nō valem⁹: ita multa loq̄mur q̄ intelligere nō sumus idonei. Verbi grā ꝙ vtiqꝫ de⁹ est scimus ⁊ dicim⁹: quō aūt vbiqꝫ sit intellectu nō capim⁹. Itē ꝙ est incorpea q̄dā virt⁹ q̄ oīm ē cā bonoꝝ scim⁹: quō autē vel q̄ ista sit penitus ignoramus.

Chrys. sup illud Qui cū sit splēdor glīe.

Quorūdā opinio q̄ ꝑsumūt ostēdere quō de⁹ vbiqꝫ sit ꝑ essentiā: potentiam: presentiam. g

Quidā tamen immensa ingenio suo metiri ꝑsumētes h̄ ita fore intelligendū tradiderūt ꝙ de⁹ vbiqꝫ ꝑ essentiā eē dr̄: nō ꝙ dei essentia ꝓprie sit in oīni loco ⁊ in oīni creatura: ꝫ q̄ oīs natura atqꝫ oē qd̄ naturaliter est: in quocunqꝫ loco si ꝑ eū hꝫ eē: ⁊ oīs loc⁹ in q̄ illud ē. Idē etiā dicūt ideo deū vbiqꝫ dici eē ꝑ ꝑsentiā vel ꝑ potētiā: q̄ cuncta loca sunt ei p̄ntia: ⁊ q̄ in eis sunt: nec in eis aliq̄d operari cessat. Nā ⁊ ipsa loca ⁊ q̄cq̄d in eis ē nisi ipse ꝯseruet manere nō p̄nt. In eis ꝫ ꝑ sbam de⁹ eē dr̄ vt aiūt: q̄ ꝑ virtutē ꝓprie sbe sue facit: vt etiā loca sint ⁊ oīa q̄ in eis sunt. Sed licet hec vera sint que asserunt in explanādis intelligētijs ꝑdictoꝝ: in illis tn̄ v̄bis q̄bus dr̄ de⁹ vbiqꝫ esse ꝑ essentiā plus cōtineri credēdū est qd̄ hō viuēs capere non valet.

Q̄ de⁹ cū sit in oīb⁹ reb⁹: nō tn̄ sordibus rerū inquinat̄. h

Solet etiā ab eis queri: quomō deus substantialiter insit omnibus rebus ⁊ corpaliū sordiū inq̄nationibus non contingatur: qd̄ tā friuolū est: vt nec respōsiōe sit dignū cū etiā spūs creat⁹ sordib⁹ corpeis etiā leprosi vel q̄ꝫtū cūqꝫ polluti inq̄nari nō possit. Sol q̄ꝫ radios suos sine sui pollutione effundit sup loca ⁊ corpa nō solum munda sed etiā immunda ac sordibus fetentia quoꝝ ꝯtactu hoīes ⁊ alie q̄dā res inficiunt̄: solis v̄o radij impolluti ⁊ incōtaminati ea cōtingentes existūt. Nō est ergo mirādū si essentia diuina oīno simplex ⁊ incōmutabilis oīa replet loca: ⁊ oīb⁹ creaturis essentialit̄ inest: nec tn̄ cuiusq̄ꝫ rei sordibus cōtaminat̄ vel contingat̄. Vn̄ Augu. in li. de natura boni. Cū in deo inq̄t sint oīa q̄ cōdidit nō tn̄ inq̄nāt eū illi q̄ peccant. De⁹ cui⁹ etiā sapia q̄ attingit a fine vsqꝫ ad finē fortit̄: dr̄ attingit oīa ꝓpter suā mūdiciā ⁊ nihil inq̄natū in eā icurrit. Postremo respōdeāt: quid potius de deo respondendum existiment: vel ꝙ nusq̄ꝫ ꝑ essentiā sit: vl̄ vbiqꝫ: vel ꝙ alicubi ita ꝙ nō vbiqꝫ: Sed q̄s audeat dicere ꝙ nusq̄ꝫ diuina essentia sit vel ꝙ alicubi ⁊ nō vbiqꝫ sit. Si em̄ ita est alicubi ꝙ nō vbiqꝫ: ergo localis ē. Est ergo vbiqꝫ tota q̄ cōtinet totū: ⁊ penetrat totū: que nec ꝓ sui simplitate diuidi: nec ꝓ sui puritate maculari: nec ꝓ sui immensitate vllo modo cōprehendi potest. Vn̄ Aug. Deus vbiqꝫ est cui non locis sed actionibus ꝓpinquamus.

Per sile ⁊ … n⁹ oñdit Au… de agone xp… no. Timen… dā ꝙ fieri n… pōt scꝫ ne … na carne ve… tas ⁊ subst… dei inq̄n… ꝑdicāt istū … bilē solē ꝫ ra… os suos p … feces ⁊ sor… spargere ⁊ … mūdos ⁊ … ros ꝯuari … ꝙ visibilia … la a visibil… mūdis ꝯ… p̄nt ⁊ n̄ inq… ri: q̄tomag… inuisibilis … commutab… veritas. Per incō… ens ostēdit … um vbiqꝫ …

Augu. sup … Gen.

Q̄ deus vbiqꝫ sit ⁊ in omni tpe nō tn̄ localis est: nō circūscriptibilis nec loco nec tpe mouet̄. i

Cūqꝫ diuina natura veraciter ⁊ essentialr̄ sit i oī loco ⁊ i oī tēpe: nō tn̄ mouet̄ ꝑ loca vel ꝑ tpa nec tēporalis nec locales est. Localis nō est: q̄ penitus nō circūscribit̄ loco: quia nec ita est in vno loco ꝙ non sit in alio. Neqꝫ dimensionem habet: sicut corpus cui ꝫm locum assignat̄ principiū: medium ⁊ finis ⁊ ante ⁊ retro: dextra ⁊ sinistra: sursū ⁊ deorsum: qd̄ sui interpositiōe facit distātiā circūstāntiū. Duob⁹ nāqꝫ his modis dicitur in scriptura aliq̄d locale siue icircūscriptibile ⁊ ecōuerso. s. vl̄ q̄ dimēsionē capiens lōgitudinis: altitudinis ⁊ latitudinis distātiā facit in loco vt corp⁹: vel quia loco diffinit̄ ac determinat̄: q̄m cum sit alicubi nō vbiqꝫ inuenit̄: qd̄ non solum corpori: ꝫ etiam omni creato spiritui cōgruit. Omne ergo corpus omnimodo locale ē

Quib⁹ modi… aliq̄d dicat̄ lo… cale vel circū… scriptibile.

De spũ creato ꝙ ẜm alterum modũ nec localis nec circumscꝑtibil' est ẜm alterũ vero est corp' vo oino locale ꝛ circũscꝑtibile de⁹ illocalis ꝛ incircũscꝑtibilis.

Sp̄s vo creat⁹ q̄dãmõ ē local': ꝛ q̄dãmõ nõ ē local'. Local' q̄dē d̾r q2 diffinitiõe loci t̃minat̃ q̃m cũ alicubi pñs sit tot⁹ alibi nõ inuenit̃. Nõ aũt ita local' est vt dimẽsionē capiēs distantiaꝫ in loco faciat. Diuĩa ḡ sola eẽntia oino illocalis ꝛ ĩcircũscꝑtibilis est: q̄ nec locis mouet̃ aliq̄ mõ. s. vl' det̃miatiõe finita vl' dimẽsiõe suscepta: nec tpib⁹ sꝫ affectu ꝛ cognitiõe mouet̃. His eĩ duob⁹ mõis. s. loco vl' tpe fit mutatio creature q̄ longe est a creatore. vñ Aug. sup geñ. De⁹ inq̄t op̄s icõmutabili et̃nitate: volũtate: vitate sp idē mouet p tp̄s creaturã sp̄ualē: mouet etiaꝫ p tp̄s ꝛ locũ creaturã corpalē: vt eo motu naturas q̄s ɔdidit admĩstret. Cũ ḡ tale aliq̄d agit: nõ debem⁹ opinari ei⁹ subaꝫ q̄ de⁹ ē tpib⁹ locisq̧ mutabilē siue p tpa ꝛ loca mobilē: cũ sit ip̄e ꝛ iterior oĩ re q2 in ip̄o sunt oĩa. ꝛ exterior oĩ re: q2 ip̄e ē sup oĩa. ꝛ ãtiq̄or oĩbus: q2 ip̄e idē ē añ oĩa. ꝛ nouior oĩbus: q2 ip̄e idē post oĩa. s. post oĩm initia. Ecce h̄ apte oñdit̃ ꝙ nec locis nec tpib⁹ mutat̃ vl' mouet̃ deus. Sp̄ualis autē creatura p tp̄s mouet̃: corpalis vero etiã p tp̄s ꝛ locum.

Augustinus

Q' de⁹ ē interior: exterior antiq̄or ꝛ nouior oĩbus.

Quid sit mutari scđm tp̄s k

Mutari ãt p tp̄s ē variari ẜm q̄litates ĩteriores vl' exteriores q̄ sunt in ip̄a re q̄ mutat̃: vt q̃n suscipit vicissitudinē gaudij: doloris: sciẽ: obliuiõis vl' variationē forme: siue alicui⁹ q̄litat̃ exterioris. Hec eĩ mutatio q̄ fit ẜm tp̄s variatio ē q̄litatũ q̄ fit in corpali vl' sp̄uali creatura: ꝛ ideo vocat̃ tp̄s.

Opinio quorundã qui dicunt spiritus creatos non moueri loco nec esse locales. l

De mutatiõe vo loci magna int̃ q̄rẽtes disceptatio v̾sat̃. Sũt eĩ q̄ dicũt nullũ sp̄m aliq̄ mõ posse mutari loco: ab oĩ sp̄u locũ vniuersalit̃ remouere volẽtes: q̃m ẜꝫ dimẽsionē tm̃ ꝛ circũscꝑtiõeꝫ locũ ɔstare asserũt: atq̧ id solũ eẽ locale: vl' ĩ loco eẽ dicũt qḋ dimẽsionē recipit ꝛ distãtiã in loco fac̃. Et h̄ dicũt Aug. sensisse mutationē tpis tm̃ sp̄uali creature tribuẽtē: loci vo ꝛ tpis corpee.

Aug. vba p̄dicta p se facere dicũt

Hic respondet̃ eis. m

Sꝫ vt supra diximus duplr̄ d̾r res eẽ local' vl' circũscꝑtibil'. s. vl' q2 dimẽsionē r̃cipit ꝛ distãtiã fac̃: vl' q2 loci t̃mĩo diffinit̃: q̄ꝝ vtrũq̧ ɔuenit corpee creature: alteꝝ vo tm̃ sp̄uali. Nã vt supra dixim⁹ corpal' creatura ita ē local' vl' circũscꝑtibil' ꝙ determĩat̃ diffinitõe loci: ꝛ ꝙ dimẽsionē recipiēs distãtiã fac̃. sp̄ual' vo tm̃ diffinitõe loci ɔcludit̃: cũ ita sit alicubi ꝙ nõ alibi. sꝫ nec dimẽsionē recipit: nec distãtiã ĩ loco fac̃: q2 si m̄lti eẽnt sp̄us h̄: nõ eo coãgustarẽt locũ q̄ minus de corpib⁹ ɔtieret. Ideoq̧ Aug. attribuit mutationē loci corpi ñ sp̄ui: q2 lꝫ sp̄us trãseat d̾ loco ad locũ ñ tñ ita vt dimẽsiõibus vl' circũscꝑtus ĩterpositione sui faciat distantiam circũstantium sicut corpus.

Cõclusio ex p̄dictis ꝙ sp̄us creati sunt locales ꝛ circũscriptibiles quodãmõ: sp̄us vo dei oino incircũscriptibilis n

Sũt ergo sp̄us creati ĩ loco ꝛ trãseũt d̾ loco ad locũ ꝛ q̄dãmõ locales ꝛ circũscꝑtibiles: sꝫ nõ oĩ eo mõ q̄ creature corpee. Sp̄s ãt ĩcreatus q̄ de⁹ ē: in loco q̄dē ē ꝛ in oĩ loco sꝫ oino illocal' est ꝛ incircũscꝑtibil'. vñ Beda sup Lucã ait: Cũ ad nos angeli veniũt: sic exterius ĩplẽt misteriũ vt tñ ante deũ interi⁹ p ɔtẽplationē assistãt: q2 ꝛ si ãgelus ē sp̄us circũscꝑtus summus tñ sp̄us q̄ de⁹ ē incircũscꝑtus est ĩtra quē currit ãgel⁹ q̄cũq̧ mittat̃. Ecce h̄ d̾r q2 sp̄us ãgelic⁹ circũscꝑtus est: sp̄us ãt q̄ de⁹ ē incircũscꝑtus. Alibi etiã Ambrosius distantiã oñdēs inter sp̄m increatũ ꝛ sp̄m creatũ dic̃ seraphin d̾ loco ad locũ trãsire inq̄ens ita in li. de tri. Dixit Esaias: q2 missus est ad me vn⁹ de seraphin. Et sp̄us q̄dē sctũs d̾r missus: sꝫ seraphĩ ad vnũ: sp̄us vo ad oẽs. Seraphin mittit̃ in misterio: sp̄us opat̃ mysteriuꝫ. Seraphin d̾ loco ad locũ trãsit. Nõ enĩ cõplet oĩa sed ip̄e replet̃ a sp̄u. Hic apte oñdit̃ ꝙ ãgeli q̄dãmõ locales sunt.

Beda sup luca

Ambrosius.

Esaie. vj.

Cũ repetitiõe supioꝝ confirmat autoritatibus deum esse vbiq̧ sine locali motu. o

Fateamur itaq3 diuinā nāz p imēsitate sui nusq3 desse eāq3 solā oīno illocalē 7 oīno icircunscp̄tibilē nllo ɔcludi loco: s3 a fine vsq3 ad finē attigē: ñ tñ spaciosa magnitudine nec locali motu s3 imēsitate atz imobilitate sue eētie. vñ Aug. ad dardanū ait Nō q̄si spaciosa magnitudie opiemur deū p cūcta diffūdi: sic fum⁹ aut lux ista diffundit: s3 poti⁹ sic ī duobus sapiētib⁹ q̄z alt alto corpe grādior ē s3 sapiētior nō ē: vna sapia ē nec ē in maiore maior nec i miore mior nec mior i vno q̄z i duob⁹ ita de⁹ sine labore regēs 7 ɔtinēs mūdū: i celo tot⁹ ē: i tra tot⁹ 7 i vtroq3 tot⁹ 7 nllo ɔtēt⁹ loco: s3 i seipō vbiq3 tot⁹. Idē q̄z sup ps̄ ait: Ad vbū dei ptiet ñ eē i pte s3 vbiq3 eē p seipm. h ei ē sapia dei q̄ attigit a fine vsq3 ad finē fortit: nō tñ motu locali s3 imobilitate sui: veluti si moles aliq̄ saxea ipleat aliquē locū: dr q3 attigit a fine illi⁹ loci vsq3 ad finē: cū tñ alter ñ deserat alter occupādo. nō g̃ h3 motū localē vbū illd: 7 sapia illa solida ē 7 vbiq3. Ex p̄dict] inotescit q3 de⁹ est ita vbiq3 p essentiā: q3 nec spaciosa magnitudie diffundit nec vno de ro loco aliū occupat q2 localē motū ñ h3 Jōq3 Aug. volēs pscidere a dei puritate oē3 localē motū 7 localē circūscriptionē: poti⁹ dic oīa eē i illo q̄z ipm eē alicubi: nec tñ ipm eē locū q̄ nō ē in loco i li. lxxxiij. q. ita inquiēs: De⁹ ñ alicubi ē: qd alicubi ē ɔtiet loco: qd ɔtinet loco corp⁹ ē. De⁹ āt nō ē corp⁹ ñ g̃ alicubi ē. 7 tñ q2 ē 7 in loco nō ē in illo sunt poti⁹ oīa q̄z ille alicubi: nec tñ ita in illo vt ipe sit loc⁹. Loc⁹ ei in spacio est qd lōgitudie 7 latitudie 7 altitudie corpis occupat: nec de⁹ tale aliqd ē 7 oīa g̃ in ipo sunt. 7 loc⁹ nō ē: nec i loco est. locus tñ dei: s3 iprope dr tēplū dei nō q3 eo ɔtineat. Id āt nihil melius q̄z aīa mūda itelligit. Ecce h dic deū nō esse in loco: s3 itelligendu3 ē eū nō esse in loco localit. s. q2 nec circūscriptionem nec localem motum habet.

Ps. xlvij. sup illud: Velocit currit.

Aug. in li. lxxxiij. q̄sti. q. xx.

Oppositio qua videtur pbari q3 deus mutetur loco. p

Ad hoc āt solet opponi sic: q̄tidie fiūt creature q̄ ante nō erāt 7 i eis deus ē cū añ nō eēt i eis: ē g̃ vbi añ nō erat: iōq3 mutabil eē videt. S3 l3 q̄tidie icipiat eē i creatur] i qb⁹ añ nō erat q2 ille non erāt. h tñ fit sine sui mutatōe q̄lit in mūdo cepit eē quē fec tñ sine sui mutabilitate. 7 silr desinit eē in qb⁹ añ erat sine sui mutatiōe: nec tñ ipe deserit locū s3 loc⁹ dsinit eē.

Epilog⁹ vbi exponit q̄re in p̄dicta venerit disceptationē. q

Iā sufficienter demōstratū eē videt quō oīa dicāt eē in deo 7 de⁹ i oīb⁹ quā disceptationē q̄si icident suscepim⁹ q2 id videbat postulare res circa quā nr̄ vsabat smo. disserebam⁹ eni d scia siue sapia dei: 7 cū doceremus deū scire oīa: q̄situ ē vtr ppt cognitionē quā de oībus h3 dicerent oīa esse i d o: an alia rōe h diceret scptura. Hui⁹ g̃ q̄stiōis occasio i pmissam nos deduxit disputationē.

Ista ē distinctio. xxxvij. hui⁹ primi libri: in q̄ magr̄ postq̄ egit quō res sint in deo: h incipit agere quō de⁹ ē in reb⁹. Et tria circa h facit Nā p̄mo oñdit modos veros qb⁹ de⁹ ē in reb⁹. Secūdo remouet falsos modos qb⁹ nō ē in ipis. Tertio oñdit q̄lit de nouo icipit eē 7 desinit eē in creaturis. Primū facit a pncipio distinctōis vsq3 ibi: Cū q3 diuia natura. Scdm ab inde vsq3 ibi: Ad h aūt solet. Tertiū vsq3 ad finē distinctiōis. Et tm in generali. In spāli sn̄ia mgr̄i stat in tribus ppositionibus q̄r p̄ma ē hec: Quāuis deus sit in oīb⁹ creaturis pn̄tialit: potētialit 7 essentialit in solis tñ iustis ē tāq̄ in ppa habitatiōe. Hāc magr̄ pbās ponit deū esse in oīb⁹ reb⁹. Uno mō cōit p potētiā: pn̄tiā 7 essentiā. In oī natura 7 essentia sine sui dispositiōe. In oī loco sine sui circūscp̄tiōe. In oī tpe sine mutabilitate sui. Alio mō spālit ē in sctis q̄s p grāz inhabitās templū suū ipos ē efficiēs. Tertio mō dr spālissime eē in hoīe xpo: in q̄ plenitudo diuinitatis corpaliter habitat p grām vnionis. 7 hunc tertiū modū mgr̄ dimittit: eo q3 ptineat ad tertium librū sn̄iar. Postea mgr̄ p̄dicta affirmat p autoritates. Et subdit postmodū q3 q̄uis de⁹ sit in rebus oībus: nō tñ credendū est diuinaz puritatē quouis mō posse maculari p h q3 in rebus imūdis pn̄s extitit: sic nec sp̄us hūanus p vnionē ipius ad corp⁹ leprosum inquinat: nec sol q̄n suis radijs feda attigit defedat. Et iustos inhabitare dr deus q̄n tpaliter 7 ad nos in eos procedit. Scda ppositio est hec: Deus solus vbiq3 exn̄s nō variat q̄licūq3 loco vel tpis mutatiōe. Hec ppositio pponit p̄mo q3 diuina natura sit in loco: nō tñ circūscribit vel diffinit a loco. Qd ostēdit p hoc q3 duplex mutatio inuenit in natura. Creatura eñ corpalis loco diffinit 7 circūscribit: sp̄ualis aūt solū diffinit. Itē corpalis creatura p tp̄s 7 locū mouet sp̄ualis aūt p tp̄s: aut ſm tp̄s mutari pōt ſm affectiones tempi subiacentes. Postea q̄rit vtrum mutari p locu3 conueniat sp̄ui. Et r̄ndet q3 transire de loco ad locum ita q3 diffinatur 7 non circumscribatur hoc conuenit spiritibus

ſʒ trāſire de loco ad locū circūſcͤptiue eis nō conue-
nit. Deinde addit q̄ locabile ⁊ circūſcͤptibile ⁊ mu
tabile deo nō conuenit. Tertia ꝓpoſitio eſt hec:
De⁹ ſine ſui mutatiōe de nouo icipit vel deſinit eſſe
in creaturis. Iſta ꝓpoſitio ptʒ ī textu in penl'. c. hu
ius diſtinctiōis circa finē. Et tm̄ in ſpāli.

Hic redit ad ꝓpoſitū: repetēs ſu
perius dicta vt addat alia. a

DI. XXXVIII

De modis diuine ſcie vl' cognitiōis. Et q̄ de⁹ cogſcat mutabilit' vl' imutabilit' ⁊ quō.

Hunc ergo ad
n ꝓpoſitū reūtētes cepto inſi-
ſtam⁹. Sup̄ dictū eſt q̄ p̄ſcia
dei futuroꝝ tm̄ ē: ſʒ oīm tā bonoꝝ q̄
maloꝝ. Scīa vō vl' ſapīa nō mō d̄ futu
ris: ſʒ etiā d̄ pn̄tib⁹ ⁊ futuri: nec tm̄ de
tpalib⁹ ſʒ etiā d̄ eťnis: q2 ſeipm̄ nouit
de⁹. Hic oriť q̄ſtio nō diſſimulāda vtꝝ
ſcʒ ſcīa vel p̄ſcia ſit cā reꝝ: an res ſint
cauſe ſcīe vl' p̄ſcie dei. Videť ei p̄ſcia
dei cā eē eoꝝ q̄ ei ſbſunt ac neceſſitatē
eueniēdi eis facē q2 nec aliq̄ futura fu
iſſent niſi de⁹ ea p̄ſciſſet: nec pn̄t n̄ eue
nire cū de⁹ ea p̄ſciuerit. Si āt ipoſſibi
le ē ea nō eueīre: q2 p̄ſcita ſūt: videť ḡ
ipa p̄ſcia q̄ p̄ſcita ſūt eis eē cā euenie-
di. ipoſſibile ē āt ea n̄ eueīre: cū p̄ſcita
ſint: q2 ſi n̄ euenirēt cū p̄ſcita ſint falle
reť dei p̄ſcia. at dei p̄ſcia falli nō pōt.
īpoſſibile eſt ḡ ea nō euenire cū p̄ſcita
ſunt. ſic ḡ p̄ſcia cā eoꝝ eē videť q̄ p̄ſci-
ta ſūt. ꝧ idē ⁊ d̄ ſcīa d̄r. ſ. q̄ q2 de⁹ aliq̄
nouerit iō ſint. Cui ſnīe aug. atteſtari
videť in. xv. li. d̄ tri. ſic dicēs: Nō iſta
ex aliq̄ tpe cog̅uit deus: ſʒ futura oīa
tpalia atq̄ i eis etiā q̄d ⁊ qn̄ ab illo pe
tituri fueram⁹ ⁊ q̄s ⁊ de q̄b⁹ reb⁹ vl' ex
auditur⁹ vl' nō exauditur⁹ eēt ſine ini-
tio an̄ p̄ſciuit. Vniūſas āt creaturas
⁊ ſpūales ⁊ corpales: n̄ q2 ſūt iō nouit
ſʒ iō ſūt q2 nouit: n̄ eī neſciuit q̄ fuerat
creatur⁹: q2 ḡ ſciuit creauit: n̄ q2 crea-
uit: ſciuit. nec aliť ſciuit creata q̄ creā
da. nō eī ei⁹ ſapīe aliq̄d acceſſit ex eis
ſʒ ill' exiſtentib⁹ ſic optebat ⁊ qn̄ opte
bat illa māſit vt erat. vn̄ ī Eccl'. Añq̄
crearenť oīa nota ſunt illi. ſic ⁊ poſtq̄
ꝯſummata ſunt. Ecce his verb̄ videť
Aug. innuere ſcīaʒ ⁊ p̄ſciaʒ dei cāʒ eē
eoꝝ q̄ fiunt: cū dicit iō ea eſſe q2 deus
nouit. Idē q̄ʒ in. vj. lib. dicere videť.
Cū inq̄t decedāt ⁊ ſuccedāt tpa: non
decedit aliq̄d vl' ſuccedit ſcīe dei: in q̄
nouit oīa q̄ fecit p ipaʒ. Nō eni hec q̄
creata ſunt iō ſciunť a d̄o q2 facta ſūt:
ſʒ potius iō facta ſūt q2 imutabiliť ab
eo ſciunť. Et ꝧ etiaʒ ſignificare videť

Queſtio an ſcīa vl' p̄ſcia ſit cā reꝝ: vl' res ſint cā p̄ſcie.

Quare ſcīa vl' p̄ſcia videť cā rerum.

Aug. auctēs ꝓpoſit q̄ videt hoc aſſerere.

Eccl. xxiij.

dei ſciaʒ cāʒ eoꝝ eſſe q̄ fiūt: dicēs non
iō deū ea nouiſſe q2 facta ſunt: ſʒ iō fa-
cta ſūt q2 nouit ea de⁹. Iōq̄ videť dei
ſcīa vl' p̄ſcia cā eſſe eoꝝ q̄ nouit.

Incōueniētia oñdit q̄ ſeq̄renť ſi
dicereť ſcīa vel p̄ſcia cauſa oium
reꝝ que ei ſubſunt. b

Qđ ſi ita eſt: eſt er
go cā oīm maloꝝ: cū oīa mala ſcianť
⁊ p̄ſcianť a deo: qđ lōge ē a veritate.
Si eī dei ſcīa vl' p̄ſcia cā eſſet maloꝝ:
eſſet vtiq̄ deus auctoꝛ maloꝝ: qđ pe-
nitus falſum ē. Nō ḡ ſcīa vl' p̄ſcia dei
cauſa ē oīm q̄ ei ſubſunt.

Q2 res future nō ſunt cauſa ſcien
tie vel p̄ſcientie dei. c

Neq̄ʒ etiā res futu
re cā ſunt dei p̄ſcie: lʒ eniʒ nō eēnt fu-
ture niſi p̄ſcirenť a deo: non tn̄ ideo p̄
ſciunť q2 future ſunt. Si eī ꝧ eſſet: tūc
eius qđ eťnū eſt aliq̄d exiſteret cauſa
ab eo alienū ab eo diuerſum: ⁊ ex cre-
aturi depēderet ſcīa creatoris: ⁊ cre-
atū cauſa eſſet increati. Origenes tn̄
ſup eplāʒ ad Roma. ait: Nō ꝓpterea
aliq̄d erit: q2 id ſcit deus futuꝝ ſed q2
futuꝝ eſt: iō ſciť a d̄o anteq̄ fiat. Hoc
videť p̄miſſis verb̄ Auguſ. obuiare.
Hic eni ſignificari videť q̄ res future
cauſa ſint p̄ſcie: ibi vō q̄ p̄ſcia cauſa
ſit reꝝ futuraꝝ.

Hoc p̄dictis videť ꝯriū.

Quid ex p̄dictis tenēdū ſit cū de
terminatiōe autoꝛitatū d

Hāc igiť q̄ videť
repugnātiā d̄ medio tollere cupiētes
dicimus res futuras nll'aten⁹ cāʒ eſſe
p̄ſcie vel ſcīe dei: nec iō p̄ſciri vl' ſciri:
q2 future vl' facte ſunt: ita exponētes
qđ ait Orige. q2 futuꝝ eſt iō ſciť a d̄o
anteq̄ fiat. i. qđ futuꝝ eſt ſciť a deo an
teq̄ fiat: neq̄ ſcireť niſi futuꝝ eſſet: vt
nō noteť ibi cauſa niſi ſine q̄ nō fieret.
Ita etiā dicimus ſcīaʒ vl' p̄ſciam dei
nō eſſe cauſam eoꝝ q̄ fiunt: niſi talē ſi-
ne q̄ nō fiunt: ſi tn̄ ſcīaʒ ad noticiā tm̄
referamus. Si vō noīe ſcīe includiť
etiā bn̄placitū atq̄ diſpoſitio: tunc re
cte pōt dici cauſa eoꝝ q̄ de⁹ fac. His
em̄ duobus modis vt ſupius p̄taxa-
tū eſt accipiť cognitio vl' ſcīa dei. ſ. p
noticia ſola vl' p noticia ſiml' ⁊ bn̄pla-

cito. Hoc mō forte accepit Augus. di cēs: Jō sunt q̄ꝛ nouit. i. q̄ꝛ scienti placuit ꝛ q̄ꝛ sciēs disposuit. Hic sensus ex eo adiuuat̄: q̄ꝛ ꝺ bōis ibi tm̄ agit Augus. s. ꝺ creaturꝭ ꝛ ꝺ his q̄ de⁹ fac̄ que oīa nouit ñ solū sciā: sꝫ etiā bn̄placito ac dispositōe. Sic ğ ibi accipit̄ dei cognitio vt ñ mō noticiā sꝫ etiā bn̄placitū dei significet. Mala vō scit de⁹ ꝛ p̄scit an̄ꝗ̄ fiāt sꝫ sola noticia nō bn̄placito. p̄scit em̄ de⁹ ꝛ p̄dicit etiā q̄ nō ē ipe factur⁹ sic p̄sciuit ꝛ p̄dixit infidelitatē iudeoꝝ sꝫ non fec̄. nec iō q̄ꝛ p̄sciuit ad pctm̄ infidelitatꝭ eos coegit: nec p̄scisset vł p̄dixisset eoꝝ mala nisi essent ea habituri. vñ Aug. sup Joh. De⁹ inq̄t futuroꝝ p̄sci⁹. p pphā p̄dixit infidelitatē iudeoꝝ sꝫ nō fec̄: neꝗ̄ p̄scisset mala eoꝝ: nisi ea h̄rent. Nō em̄ iō queꝗ̄ ad peccādū cogit: q̄ꝛ futura hominuꝫ pctā p̄nouit: illoꝝ ei p̄sciuit pctā ñ sua Jōꝗ̄ si ea q̄ ille p̄sciuit ipoꝝ nō sāt: nō vā ille p̄sciuit. sꝫ q̄ꝛ illi⁹ p̄scīa falli ñ p̄t sine dubio ñ ali⁹ sꝫ ipi peccāt q̄s deus pctōres eē p̄sciuit. ꝛ iō si ñ malū sꝫ bonū facē voluissent ñ malū facturi p̄uiderēt̄ ab eo q̄ nouit q̄d sit q̄sꝗ̄ factur⁹ His vb̄ apte oñdit̄ si diligent̄ attēdamus p̄sciāꝫ dei ñ eē cāꝫ maloꝝ q̄ p̄scit q̄ꝛ nō ea p̄scit tāꝗ̄ factur⁹ nec tāꝗ̄ sua sꝫ illoꝝ q̄ sūt ea facturi vł hituri. p̄sciuit ğ illa sola noticia: nō bn̄placito autoritatꝭ. Vñ dat̄ ītelligi q̄ de⁹ ecōuerso p̄scit bōa tāꝗ̄ sua: tāꝗ̄ ea q̄ factur⁹ est vt illa p̄sciēdo sil̄ fuerit ipi⁹ noticia ꝛ autoritatis beneplacitum.

Aug. sup Johā. omel. liij.

Contra h̄ q̄ð dictū est p̄sciāꝫ dei nō posse falli oppositio.

Ad hoc āt q̄ð supdictū ē. s. p̄sciāꝫ dei falli nō posse solet a q̄busdā ita oppōi: de⁹ p̄sciuit hūc lectuꝝ vł aliq̄d hmōi sꝫ p̄t eē vt iste nō legat: ğ p̄t alit̄ eē ꝗ̄ de⁹ p̄sciuit: ğ p̄t falli dei p̄scīa: q̄ð oīno falsū ē. Pōt eq̄dē ñ fieri aliq̄d: ꝛ illð tñ p̄scitū ē fieri. nō iō tñ p̄t falli dei p̄scīa: q̄ꝛ si illð nō fieret: nec a deo p̄scitū eēt fieri. Sꝫ adhuc vrgēt q̄stionē dicētes: Aut alit̄ pōt fieri ꝗ̄ deus p̄sciuit: aut nō alit̄. Sꝫ nō alit̄ ğ necessario cūcta eueniūt. si vō alit̄ pōt ğ dei p̄scīa falli vł mutari. Sꝫ pōt alit̄ fieri q̄ꝛ p̄t alit̄ fieri ꝗ̄ fiat: ita āt fit vt p̄scitū ē: alit̄ ğ pōt fieri ꝗ̄ p̄scitū est

Oppositio.

His autẽ opponi solet hoc modo: Trib⁹ modis (vt Isidorus ait) peccatũ geritur. s. ignorantia: infirmitate industria. Et grauius est infirmitate peccare q ignorãtia: grauiusq industria q infirmitate. Eua autem videtur ex ignorantia peccasse: quia seducta fuit. Adam vero ex industria: q2 non fuit seductus vt apostolus ait. Ad quod dicim⁹ quia licet Eua in hoc per ignorantiã deliquerit q putauit verum esse quod diabolus suadebat: nõ tamẽ in hoc quin nouerit illud dei esse mandatum et peccatũ esse cõtra agere. Et ideo excusari a peccato p ignorantiam non potuit.

Isi. de sũmo bono lib. vj.

Rñsio q distinguit ignorãtia eue i q s. ignoranter peccauerit et in q non.

Qr ignorantia alia excusat: alia non. i

Est enim ignorantia que excusat peccantem: et est ignorantia talis que nõ excusat. Est autem ignorantia vincibilis: et ignorantia inuincibilis. Excusatio omnis tollitur: vbi mãdatum non ignoratur.

De triplici ignorantia que excusat et que non. k

Est autẽ ignorantia triplex: et eorum. s. qui scire nolũt cũ possint que non excusat: q2 et ipsa peccatum ẽ Et eorum qui volunt sed nõ possunt que excusat: et est pena peccati non peccatũ. Et eorum qui quasi simpliciter nesciunt nõ renuentes vel pponẽtes scire: que neminez plene excusat: sed sic fortasse vt minus puniatur. Unde Aug. ad valentinũ. Eis aufertur excusatio qui mandata dei nouerũt quã solẽt habere homines de ignorantia. Et lz grauius sit peccare sciẽter q nesciẽter: nõ ideo tamen cfugiẽdũ est ad ignorãtie tenebras: vt in eis quisq excusationez requirat. Aliud est eñ nescisse: aliud scire noluisse: quia in eis qui intelligere noluerunt ipsa ignorantia peccatũ est: in eis vero qui nõ potuerunt: pena peccati. Ignorantia vero q nõ est eorum qui scire nolunt: sed qui tanq simpliciter nesciunt: nullum sic excusat vt eterno igne nõ ardeat: sz fortasse vt minus ardeat. Non igitur mulier excusationem habuit de ignorantia: cum et mandatum nouerit: et peccatũ esse secus agere non ignorauerit.

Augu. de grã et lib. arbitrio

Ubi nõ fit excusatio.

Unde pcesserit consensus illius peccati cum natura hominis essz incorrupta. l

Solet etiaz queri cũ sine vicio esset natura hoĩs: vnde consensus mali pcesserit? Ad quod responderi potest: quia ex libero arbitrio ppriє voluntatis fuit. In ipso eñ et in alio causa extitit vt fieret deterior. In alio quia in diabolo qui suasit. In ipso: quia voluntate liberi arbitrij cõsensit: et cum liberum arbitriũ sit bonum: ex re vtiq bona malus ille cõsensus puenit: et ita ex bono malũ manauit. De hoc autem in sequenti plenius tractabimus cũ origo mali et in qua re coalescat inuestigabitur.

An volũtas precesserit illud peccatum. m

Si vero queritur vtrũ voluntas illud peccatũ precesserit? Dicimus quia peccatũ illud et in voluntate et in actu constitit: et voluntas actum pcessit sed ipsam voluntatem alia hominis voluntas mala nõ precessit: atq ex diaboli persuasione et hominis arbitrio illa voluntas mala prodijt: qua iusticiam deseruit et iniquitatem inchoauit: et ipsa voluntas iniquitas fuit.

Ista e distinctio. xxij. hui9 scdi libri: in q magr postq egit de temptatioe ex pte temptantis: agit de eade ex pte temptati. Et tria facit Na pmo inqrit qd qlibet eox peccado appetierit. Scdo qs eox grauius peccauerit vir aut mulier. Tertio vn ɔsensus quo peccauerut pcesserit. Primu facit a pncipio distinctionis vsq ibi: Ex q manifeste. Scdm ab inde vsq ibi: Solet etia qri. Tertiu vsq ad fine distinctiois. Et tm in generali. In spali aut snia magri stat in tribus ppositionibus q rum pma e hec: Non ada s3 eua in tanta elatioe fuit seducta: vt p esum ligni vetiti se silem fieri deo estimauit. Hanc mgr pbans dicit q radix z origo pmi peccati pmox parentum fuit q in animis eox pcessit qdam psumptionis elatio ex q diaboli suggestione ɔsenserunt pmo mulier: postea vir. Cotra qd dictum obijciens dicit q cum ipo dicto sequitur hominem no alterius suggestione sed ppa supbia peccasse vt angelus. z p ɔns vt angelus corruisse: cuius tn ɔrium dicebat i pcedeti distinctione. Ad qd rndet dicendo q cum dicebat elationem quandam in pcto pmox parentum pcessisse no ita intelligebat q illa elatio pcesserit suggestionem: sed vt opus pcti. Na3 in illo pcto iste fuit pcessus z ordo q pmo pcessit diaboli temptatio ex qua secuta e immediate hois elatio quam secutum e pctm opis: et vlterius pena pcti. Et subdit q talis elatio fuit aliter in muliere q in viro: qz mulier credidit se posse habere dei silitudinem putans vex esse qd diabolus suadebat. vir autem non credebat nec putauit vex esse qd diabolus suadebat aliq tn elatio in mete eius p temptationem extitit. vnde vir aliter fuit seductus q mulier quod diuersis sanctox autoritatibus magr confirmat. Secuda ppositio e hec: Grauius eua q adam peccauit transgrediendo diuinum pceptum in padiso. Hanc magr pbat tripliciter. Primo ex hoc q mulier verum esse credebat quod diabolus ei dixit quod non fecit vir: vt pt3 ex pdictis. Secundo ex hoc q mulier elata nimis psumebat se posse fieri equalem deo quod no fecit vir: s3 de penitentia z misericordia dei cogitans deceptus fuit in hoc q estimabat pctm esse veniale qd mortale fuit. Tertio ex hoc q mlier peccauit in deum: in se z in pximu. vir aut solu in deu z in scipm Sed contra illud obijcit triplr. Primo autoritate Aug. dicetis q vtriusq erat par fastus z p ɔns eqliter peccauerut. Ad qd rndens dicit q l3 vtriusq erat par fastus in excusatione peccati: qz vir excusauit se p mulierem: z mulier p serpentem. In muliere tamen multo maior fastus erat: quo ad tria pdicta. Secundo obijcit autoritate beati Aug. dicetis q etiam vir voluit esse equalis deo. Ad qd rndens dicit q hoc aliqui opinati fuerunt qui tn cum hoc posuerunt q vir no tanta ambitione ad hoc exarsit sicut mulier. Tertio obijcit ɔ idem assumes q tribus modis pctm comittit. s. ex ignorātia: ex ifirmitate: z ex industria. z grauius e pctm qd comittit ex infirmitate q qd comittit ex ignorātia. z grauius qd comittit ex industria q qd comittit ex infirmitate. Cu ergo mulier videat peccasse ex ignorantia: qz seducta fuit. Adam vo ex industria: qz non fuerat seductus fm aplm: ergo videt vir grauius peccasse muliere. Et rndes magr dicit: q l3 mulier quo ad hoc ex ignorantia peccauit q p diabolu3 seducta credidit esse vex qd ipe suadebat: no tn q ad hoc q mandatu dei no nouerit: cuius oppositu3 diabolus sibi suasit. z ideo p ignorantiam excusari no pot: cu ibi ignorātia tollat vbi madatu no ignorat z pctm esse ɔ ipm mandatum agere no dubitat Postea subdit distinctionem ignorantie dicens: q ignorantia alia e vincibilis: z e eox que nolunt homines scire tamen possunt z tenent: z illa non excusat a pcto: s3 potius pctm aggrauat. Alia e inuincibilis: z est eox que homines volunt scire z no pnt: z illa excusat z non est peccatum: sed pena peccati. Et ista confirmat autoritate Augustini. Tertia ppositio e hec: Malus consensus hominis natura bonam habentis pcessit ex ppo libero arbitrio et suggestione diaboli suadentis. Hanc mgr pbans querit: Cu natura hominis esset sine vitio: vnde pcessit ɔsensus malus. Et rndens dicit q pcessit ex libero arbitrio voluntatis: vnde ex hoc q homo fiebat deterior hoc fuit a diabolo qui suasit z a voluntate qua homo suadenti consensum dedit: quia liberum arbitrium licet de se fuit bonu3 de ipo tame potuit pcedere ɔsensus malus. Querit etiam vtx voluntas illud peccatum pcesserit. Et respodet q volitiuam potest dicere potentiam anime. s. potentiam vltimam: z fm hoc voluntas peccatum pcessit vel etiam malum actum voluntatis possumus vocare voluntatem: z fm hoc voluntas pctm non pcessit: qz ante pma mala voluntate pmi hois alia mala voluntas hominis no fuit: s3 pma mala hois voluntas ex diaboli psuasione: z ex hois libero arbitrio pdijt. Et tm in spali.

Quare deus permiserit hominem temptari sciens eum esse casurum. a

Preterea queri solet cur deus hoie3 temptari pmiserit que decipiedu fore psciebat. S3 no esset laudabile homini si ideo bn viuere posset: qz nemo male viuere suaderet: cu in natura posse z in ptāte haberet velle no ɔsentire suadeti deo iuuāte: z e glriosius no ɔsentire q teptari non posse. Mouent etiā qdā dicetes: Cur creauit deus qs futuros malos psciebat: qz puidit quid boni de malis eox eet facturus. Sic em eos fecit vt relinqueret eis vn aliquid facerēt: z si culpabiliter aliquid facerēt: illu de se laudabiliter opantē inuenirēt. A se hnt volūtatē malā ab illo naturā bonā z iustā penā. Frustra ergo dicit: no deberet deus creare qs psciebat malos futuros: sciebat em bonis pfuturos z iuste p mala voluntate puniedos. Adđut etiā talē hoiem debere facere qui nollet omnino peccare. Concedimus quidem meliorem naturam esse que omnino peccare nollet. Concedant z ipi non esse malā que talis facta est vt posset non peccare si vellet: z iuste punitam que voluntate non necessitate peccauit. Cum ergo hec bona sit: illa melior cur no vtrāq faceret vt vberi

Di. XXIII. De dei permissione in actu temptandi. Aug. sup gen.

Secunda questio. Quare deus creauit quos presciebat malos futuros.

Tertia questio.

Quarta q̄stio. ūs laudaret̄ de vtraq3. Illa em̄ d̄ sctīs angelis: hec de hominibus est. Itē inquiūt Si de⁹ vellet: et illi boni essent. Et h̄ quidem cōcedim⁹: sed melius voluit: vt q̄d vellēt essent: Et boni q̄dē nō infructuose

Quinta q̄stio. mali vo nō impune essent. Item inquiūt Posset de⁹ volūtatē eo℞ vtere in bonuʒ

Rom. xj. q̄r omp̄s est: posset reuera: cur non fecit? Quia noluit. Cur noluit? Ipe nouit Nō debemus plus sapere q̄ᵹ oportet.

Hic qualis ſm aīam ⁊ agit d̄ sciā hominis ante peccatum. b

Et quidē scd3 animā rōnalis fuit hō habēs discretionē boni ⁊ mali. Sciam q̄ᵹ re℞ creata℞ ⁊ cognitionē vitatis: q̄ p̄mc pfectiōi cōgruebat: mo℞ cōditus nō incōgrue accepisse putatur: ⁊ ad illā nō studio vel disciplina aliq̄ p īterualla tp̄is pfecisse: ſ ab exordio sue cōditionis diuinitus illā pcepisse.

Q triplicem habuit homo añ lapsum cognitionē. s. re℞ pter se facta℞ ⁊ creatoris ⁊ sui. c

Fuitq3 homo primus ante lapsum triplici cognitiōe preditus re℞. s. ppt̄ se facta℞: ⁊ creatoris ⁊ sui

De cognitione rerū creata℞. Rerū quippe cognitionē hominem accepisse pspicuū est: cū nō ip̄e creator vel angelus aliquis: ſ homo omnibus animantibus nomina imposuerit: vt ostenderet̄ q̄ singulo℞ noticiā homo ipse habuerit. Que em̄ pter illū creata erant: ⁊ ab illo regenda et disponēda erant: ho℞ omniū deus illi ⁊ scientiam tribuit et puidentiā

j. Cor. ix. atq3 curā reliquit. Quia vt ait apostol⁹. Nō est cura deo d̄ bobus. Quo℞ aliorū q̄ᵹ aīaliū de⁹ homini curā reliquit ⁊ puidentiā: vt dn̄ationi eius subijcerentur et rōne illi⁹ gubernarent̄. vt sciret illis necessaria puidere a quib⁹ emolimentū debebat recipe. Hanc autem scientiam homo peccādo nō pdidit sic̄ nec illā q̄ carnis necessaria puiderent̄. Et idcirco i scriptura hō de hm̄oī nō erudit̄: ſ de sciā aīe quam peccando amisit.

De cognitione creatoris. d

Cognitionē quoq3 creatoris p̄mus homo habuisse creditur. Cognouit em̄ a q̄ creatus fuerat: non eo mō cognoscēdi q̄ ex auditu solo percipit̄ quo mō a credentibus absens q̄rit̄: ſ q̄dā interiori aspiratōe q̄ dei p̄ntiā ɔtēplabat̄: nō tn̄ ita excellent̄ sicut post hāc vitā sancti visuri sunt: neq3 ita in enigmate q̄liter in hac vita videmus.

De cognitione sui. e

Porro sui cognitionem idez homo talem accepisse videtur vt ⁊ q̄d deberet supiori: ⁊ quid equali ⁊ inferiori nō ignoraret. Conditionem q̄ᵹ suā ⁊ ordinē. s. qualis factus esset ⁊ qualit̄ incedere deberet: q̄d agere: quid cauere itellexit. Si ho℞ noticiam non habuiss3: non esset reus preuaricationis: neq3 seip̄m cognouisset.

Utrū homo prescius fuerit eorū que sibi futura erant. f

Si autē queritur vtrum homo scientiaz habuerit eo℞ que circa eum futura erant. i. si ruinam suā p̄sciuerit: ⁊ silr̄ p̄scierit bona que habiturus fuisset si in obedientia perstitisset? Respōderi pōt q̄ ei magis facienda indicta sunt q̄ᵹ futura reuelata. Accepit enim scientiaz ⁊ preceptum eoru3 que facienda fuerant: ſ non habuit prescientiam eorum que futura erāt. Nō fuit q̄ hō prescius sui casus sicut ⁊ de angelo diximus. Q̄d aug. super Geñ. asserit ratione vtens quam supra posuimus Hec de sciā hoīs q̄tū ad primum statum ptinet: dixisse sufficiat.

Rn̄sio q̄re d'r nō h̄re futurorum prescīam

Aug. li. x. ca. xxiij.

Ista ē distictio. xxiij. hui⁹ secūdi libri: In qua magister postq̄ᵹ egit de tēptatione primorum parentum ex parte tēptati ⁊ tēptatoris agit consequēter de eadem ex parte dei permittentis. Et tria facit: Nam primo inq̄rit quare deus hominē temptari pmisit. Secundo de scientia qua hō illustratus fuit. Tertio an etiā statum futurum p̄sciuit. Primum facit a principio distinctionis vsq3 ibi: Et q̄dē ſm aīam. Secūdu3 abinde vsq3 ibi: Si vo queritur. Tertiū ab inde vsq3 ad finē distinctiōis. In spāli sententia magistri stat in trib⁹ ppositionibus quarum prima est hec: Deus hominem quē presciuit decipiendum ad laudabilius bonum temptari permisit. Hanc magister insinuans querit q̄nq3 questiones. Prima est. Cur deus hominem temptari permisit quem decipiendum presciuit. Et respondens ad hoc dicit q̄ ad ostendendum humane nature dignitatem: quia dignior est conditio posse temptari ⁊ non consentire: q̄ᵹ nec posse temptari nec posse consentire. Secunda questio est: Cur deus illos homines creauit: quos futuros malos preuidit. Ad quod respondet dicendo q̄ propter bonum quod inde venturum nouit. Tertia questio est hec. Cur deus non fecit hominem impeccabilē. Et respondens dicit q̄ ideo: q̄ melius esset vtrāq3 naturā esse. s. eam que non peccare posset: sicut in san-

ctis angelis ꝑ grāз in gloria ꝯfirmatis: ⁊ eā q̄ peccare ⁊ nō peccare posset si vellet: q̄lis fuit in hoībus ꝙ vnius modi solū. Quarta q̄stio ē: Cur deus q̄ sola sua volūtate potuisset eos saluasse a ꝯsensu non saluauit eos. Et r̄ndens dicit ꝙ voluit eos nature sue relinq̄re: vt nec infructuose boni essent: nec īpune mali. Quinta q̄stio ē: Cur deus cū sit omp̄s non ꝯuertit volūtates eoꝝ ad bonū. Et r̄ndet ꝙ noluit cuius nolitiōis causa vlterius nō ē q̄rēda. Scd̄a ꝓpositio ē: Deus moꝝ hoīeз creatū repleuit omni scīa ꝑtinēte ad suū statū. Hāc ꝓpositionē mgr̄ insinuās dicit: ꝙ p̄mus hō nō ꝑ interualla siue ꝑ successionē tp̄is: sз creatus moꝝ scīaз sibi necessariā ⁊ cōpetentē sibi accepit. vn̄ triplici cognitiōe p̄mus parens p̄ditus fuit. Primo cognitione reꝝ ꝓpter se creataꝝ: quaꝝ curaз erat habiturus vn̄ ⁊ eis noīa imposuisse legit̄: ⁊ illā reꝝ cognitionē ꝑ sp̄ēз nō ꝑdidit: sз hanc pctō ꝑpetrato retinuit. Scd̄o dotatus fuit p̄mus hō cognitiōe sui creatoris. s. dei nō q̄dē enigmatica: sз ꝑ quandā interiorē inspirationē: nō tn̄ ita clare sicut in patria: ⁊ illā post pctm̄ retinuit. Tertio fuit illustratus cognitiōe suiip̄ius: sciuit em̄ quid debuit supiori: q̄d aliis: q̄d sibi: ⁊ etiam post pctm̄ illā retinuit. Tertia ꝓpositio ē hec: Hō ante pctm̄ nō p̄sciuit futuꝝ euentū sui status. Hāc magister ꝓbās q̄rit: Utꝝ p̄mus hō habuit sciam eoꝝ que circa ip̄m futura erāt. i. an p̄sciuerit: q̄lia bona habuisset si ꝑstitisset vel etiā ante p̄sciuerit ruinā si lapsurus esset. Et r̄ndens dicit ꝙ p̄mus hō acceperat sciaз eoꝝ q̄ agēda ⁊ dimittēda fuerāt: al's pctm̄ fuisset sibi iniuste imputatū: sз nō fuit sui casus p̄scius: cuius sil'r supradictū est d̄ angelis corruētibus quod confirmat autoritate beati Augustini. Et tn̄ in speciali.

DI. XXIIII

De adiutorio ꝑ qd̄ hō an̄ lapsum stare potuit. s. de libero arbitrio iq̄ tū ad alias potētias cōpat.

De gratia hominis ⁊ de potentia ante casum. a

Nunc diligenter inuestigari optet quam grāз vl' potētiā habuerit hō an̄ casum: ⁊ vtꝝ ꝑ eā potuerit stare vl' nō. Sciendū est ḡ ꝙ hoī in creatiōe (sicut de āgelis diximus) datū ē ꝑ grāз auxiliū ⁊ collata ē potētia ꝑ quā poterat stare. i. non declinare ab eo qd̄ acceꝑat: sз nō poterat ꝓficere intantuз vt ꝑ grāз creatiōis sine alia mereri salutē valeret. Poterat q̄dē ꝑ illud auxilium gr̄e creationis resistere malo: sed nō ꝓficere bonuз. Poterat tn̄ ꝑ illud bn̄ viuere quodāmodo: q2 pot'at viuere sine pctō: sз nō pot'at sine alio gr̄e adiutorio sp̄ūaliter viuere q̄ vitā mereret̄ eternā. vn̄ Aug. in Ench. Si factus est homo rectus vt ⁊ māere in ea rectitudine posset: non sine diuino adiutorio: ⁊ suo fieri ꝑuersus arbitrio vtrūlibet hoꝝ elegisset: dei volūtas fieret vel ab illo vel de illo. Et quia suam maluit facere voluntatem ꝙ̄ dei: de illo facta est voluntas dei. Iteз in eodem: Sic hoīeз p̄us oportebat fieri: vt ⁊ bene posset velle ⁊ male. Nec frustra si bn̄: nec impune si male. Idē q̄з in libro de correctiōe ⁊ gr̄a ait: Si hoc adiutoriū vel angelo vel homini cum p̄mū facti sunt defuisset: qm̄ non talis natura facta erat vt sine diuino auxilio posset manere si vellet nō vtiq̄ sua culpa cecidisset. Defuisset q̄ppe adiutoriuз sine q̄ manere non posset. Idē. Dederat deus hoī bonā voluntatē: in illa q̄ppe eū fecerat rectū: dederat adiutoriū sine q̄ nō posset in ea manere si vellet ⁊ ꝑ qd̄ posset. Ut āt h' vellet: in eius dimisit arbitrio. In eodē. Acceꝑat posse si vellet: sз nō habuit velle q̄ posset. Nā si habuisset: ꝑseuerasset. His testiōniis euident' monstrat' ꝙ hō rectitudinē ⁊ bonā volūtatē in creatione accepit: atq̄ auxiliū quo stare poterat: alioq̄n non sua culpa videret' cecidisse.

Margin: Ꝙ in gr̄a creatus fuit in qua potuit stare: sз nō ꝓficere.

Margin: Ꝙ etiā pot'at ꝑ illā creatōis grāз bn̄ viuere quodāmodo.

Margin: Aug. in ench. ca. lxxxviij.

Qualis fuerit illa rectitudo ⁊ bonitas voluntatis in qua creatus est. b

Sed quō rectā et bonā volūtatē habuit hō si ꝑ eam nec mereri vitā valuit nec in ea stare voluit: q2 nec aliq̄d mali ea tūc volebat: ⁊ ad tp̄s stare voluit: sз nō ꝑseuerant' ⁊ ideo recta ⁊ bona fuit tunc volūtas hominis.

Oppositio contra illud quod dictum est hominem non potuisse proficere. c

Ad hoc āt qd̄ diximus hoīeз n̄ potuisse ꝓficē vl' mereri ꝑ grāз creatiōis solet oppōi sic: Per illud auxiliū gr̄e creatōis potuit stare in bono qd̄ acceꝑat. Potuit ḡ resistere tēptatiōi. Sз resistere tēptatiōib9 atq̄ suggestionib9 mal' meritū ē ac bonū remunerabile. Omne āt bonū meritū ꝓfectus ē. Per grāз ḡ creatiōis ꝓficere potuit sine adiectiōe alterius gr̄e. Ad qd̄ dicim9 q2 resistere malo ⁊ nō ꝯsentire tēptatiōi nō fecisset illi meritū ⁊ si nō ꝯsensisset: q2 nihil ī eo erat qd̄ ad malū īpelleret sic angel' q̄ nō ceciderūt non fuit meritū ꝙ steterunt. i. ꝙ non corruerūt. Nobis aūt merituз est aliq̄n si malum non facimus sз resistimus: ibi dūtaxat vbi causa subest ā

Margin: Responsio.

Margin: Ꝙ resistere malo aliq̄n meritū est: aliq̄ando non.

nos id facere mouet: q2 ex pcti corruptela proni sunt ad lapsum gressus nri. Ubi aut no interuenit causa nos ad maluz impellens: no meremur si ab eo declinam?. Declinare em a malo semper vitat pena sed non semper meretur palmam.

De adiutorio homini in creatioe dato quo stare poterat. d

Hic cosideradum est qd fuerit illd adiutoriu homini datuz in creatione quo poterat manere si vellet Illud vtiq fuit libertas arbitrij ab omi labe z corruptela imunis: atq volutatis rectitudo z omniu naturalium potentiarum anime sinceritas atq viuacitas.

De libero arbitrio. e

Liber vero arbitrium est facultas ronis z volutatis qua bonu eligitur gratia assistente: vel maluz eam desistente. Et dicit liberu qtum ad voluntatez que ad vtrumlibet flecti pot. Arbitriu vo qtum ad rationem cui? est facultas vel potentia illa cuius etiam est discernere inter bonu z malu: et aliqn qdem discretione habes boni z mali quod malum est eligit: aliqn vo qd bonum est. Sz qd bonu est: nisi gratia adiuta no eligit: malu vo p se eligit. Est em i aia rationali volutas naturalis qua naturaliter vult bonum: licet tenuiter z exiliter: nisi gratia iuuet: que aduenieus iuuat eam z erigit vt efficacit velit bonu. Per se aute potest velle malu efficaciter. Illa g rationalis anime potetia qua bonu vel maluz potest velle: vtruq discernes liberu arbitrium nuncupatur: qd bruta animalia no habent: q2 ratione carent: habent tamen sensum et appetitum sensualitatis.

Q2 bruta animalia non hnt libe. ar. sz appetitu sensualitatis.

De sensualitate. f

Est enim sensualitas qdam vis anime inferior ex q est motus q intedit in corpis sensus atq appetitus rez ad corpus ptinetiu. Ratio vo vis aie est supior: que (vt ita dicam?) duas hz ptes vel differetias: supiorem z inferiorem. Scdm supiorem supnis cospiciendis vel cosuledis intendit. Scdm inferiorem ad teporaliu dispositione pspicit. Quicquid ergo in anima nostra nob cosideratibus occurrit qd no sit commune cum bestijs ad rationem ptinet. Qd aute

De rone q habet duas ptes qtu ad officia.

Quid ad rationem ptinet.

in ea reperi comune cu beluis: ad sensualitate ptinet. Et vbi nobis gradatim i cosideratioe partiuz anime pgredientibus pmu aliquid occurrit quod no est commune cum bestijs ibi incipit ratio. Hoc aute Aug?. docet in. xij. lib. de trinitate ita dicens: Uideamus vbi sit qsi quodda hominis exterioris interiorisq confinium. Quicquid em habemus in animo commune cu pecore: recte dicit ad exteriorez hominem ptinere. No em solum corpus exterior homo deputabit: sed adiucta quadam vita sua qua copages corpis et oes sensus viget: quib? instruct? est ad exteriora sentienda. Ascendentibus g introrsum quibusda gradibus cosideratiois p anime partes vbi incipit aliqd occurrere quod no sit nob commune cu bestijs ibi incipit ratio: vbi ho interior ia possit agnosci. Rationis aut ps supior eternis ronibus cospiciedis vel consulendis adherescit: portio inferior ad temporalia gubernada deflectit. Et illa rationis intetio q cotemplamur eterna sapientie deputat: illa vero q bene vtimur rebus temporalibus sciétie deputat. Cu vo disserimus de natura metis humane: de vna quada re disserimus nec eam in hec duo que comemorauimus: nisi p officia geminamus. Carnalis autem vel sensualis anime motus: qui in corporis sensus intéditur: nobis pecoribusq comunis est: qui seclusus est ratioe sapientie: rationi aut e sciétie vicinus est.

Ubi h. . oit ro

Aug. d tri li. xij. ca. j. vel viij.

Q2 talis est ordo peccandi vel cadendi in nobis qualis fuit in primis hominibus. g

Illud quoqz pter mittendum no est q2 talis nuc in vno homine teptatiois e ordo z pgressio qualis tuc in pmis pcessit paretib?. Ut em tunc serpes malu suasit mulieri ipaq cosensit deinde viro suo dedit: sicq cosummatuz est pctm: ita z nunc in nobis pro serpente est sensualis motus anime: p muliere inferior portio ratiois. p viro supior ratiois portio. Et hic est vir qui sm apostolu dr imago et glia dei: z illa e mulier: que sm eunde dicitur gloria viri. Atq inter huc virum z hac mulierem est velut quodda spuale coniugiu naturalisq cotract? quo superior ratiois portio quasi vir debet p esse z dominari. Inferior vo quasi muli-

Q2 in nobis e vir z mulier z serpes z quo.

j. Cor. xj.

De spuali piugio viri et mulieris i nobis.

Cor.xj. er dz subesse et obedire. Idõ vir sm aplm nõ debet hre velamen: sed mulier. Et sic in cunctis animantib' nõ est repertũ hoi adiutoriũ silẽ sibi: s de illo sumptũ quod ei formaret in cõiugiũ: ita ꝛ i partib' aie q̃s cuz pecorib' habem' cõmunes nullũ menti nr̃e simile est adiutoriũ. vñ Aug'. in eodẽ. Illud nr̃m qđ i actiõe tpaliũ tractandoꝝ ita vsat vt nõ sit i nob cõmune cũ peccore: rõnale est quidez: s ex illa rõnali mente qua subheremus intelligibili ꝛ incõmutabili veritati tanq̃ ductũ ꝛ inferioribus tractãdis gubernãdisq̃ deputatũ est. Sicut em̃ in omnibus pecorib' nõ est inuentũ viro adiutoriũ silẽ sibi: nisi de illo detractũ in ꝯiugiũ formaret: ita menti nr̃e q̃ supnã ꝯsulim' vitatẽ. nullũ ẽ ad vsũ reꝝ tpaliũ q̃tũ nature hoĩs sat est silẽ adiutoriũ ex aie ptib' q̃s cõmunes cũ pecorib' habem'. Idq̃ rõnale nostꝝ nõ ad vnitatis diuortiũ separatũ: sed in auxiliũ societatis quasi deriuatuz in suo dispartit officio. Et sicut vna caro ẽ duorum in masculo ꝛ in femina: sic intellectũ nostrũ ꝛ actionẽ siue rationẽ ꝛ appetitũ rõnalẽ: vel si aliq̃ modo significãtius dici possunt vna mẽtis natura cõplectit: vt sicut de illis dictũ ẽ. erũt duo in carne vna sic ꝛ de his dici possit: duo in mente vna. Ecce ex his vbis apte intelligi põt q̃liter in aia hoĩs existat imago illius cõiugij: ꝛ qualiter in singulis nostꝝ spũalit sint illa tria. scz vir mulier serpens.

Testimonio Aug. ita esse ostendit.

Geñ.ij.

Qualiter per illa tria in nobis cõsumetur temptatio. h

Nũc supest ostendere quõ p hec tria in nobis consumetur pctm̃: vbi agnosci poterit si diligẽter intẽdatur q̃d sit in anima mortale vel veniale pctm̃. Ut em̃ ibi serpẽs suasit mulieri: et mulier viro: ita ꝛ in nobis sensualis motus cũ illecebrã peccati conceperit: quasi serpẽs suggerit mulieri. i. inferiori pti rõnis. i. rõni scie q̃ si cõsenserit illecebre: mulier edit cibum vetitum. Post de eodem dat viro cum superiori parti rõnis: id est rationi sapiẽtie eandem illecebram suggerit que si consentit: tunc vir etiã cum femina cibũ vetitũ gustat. Si ergo in motu sensualitatũ pcti illecebra teneat: veniale ac leuissimũ est pctm̃. Si vero inferior ps rõnis ꝯsenserit: ita vt sola cogitatiõis delectatiõe sine volũtate pficiẽdi teneat mulier sola mãducauit nõ vir: cui' autoritate cohibet voluntas ne ad opus vsq̃ pueniat. Si vo assit plena volũtas pficiendi vt si assit facultas ad effectũ pducat vir q̃z mãducat: q2 supior ps rõnis illecebre ꝯsensit: ꝛ tũc ẽ dãnabile ꝛ graue peccatũ. Qñ aũt mlier sine viro gustat aliqñ est mortale aliqñ veniale pctm̃. Ut em̃ dictum est tũc mulier sine viro gustat: cum ita delectatiõe cogitatiõis pctm̃ tenet: vt faciendũ nõ decernat vel cũ q̃dã sminus ꝛ mẽsura a pctõ adhibet a viro: vt nõ liceat mlieri effrenata libertate i pctm̃ pgredi. Si g pctm̃ nõ diu teneat delectatiõe cogitatiõis: sed statim vt mulierẽ tetigit viri autoritate repellat: veniale ẽ. Si vo diu in delectatiõe cogitatiõis teneat: ꝛ si volũtas pficiendi desit: mortale est ꝛ pro eo dãnabit sil vir ꝛ mulier. i. tot' hõ q2 ꝛ tũc vir nõ sicut debuit mulierẽ cohibuit: vnde potest dici consensisse.

Qñ peccatuz sit veniale. Qñ mulier sola mãducat cibum vetitum.

Quãdo mlier gustat sine viro tũc aliquãdo mortale aliqñ vẽiale peccatum est.

Repetitio summã pstringẽs. i

Itaqz vt breuiter summã pstringã qñ pctm̃ ita in aia cõcipitur vt illud facere disponat: vel etiaz pficiat aliud frequẽter: aliđ semel: vl etiã qñ dlectatiõe cogitatõis diu teneat: mortale est. Cũ vero in sensuali motu tantũ ẽ vt prediximus: tunc leuissimuz est: q2 ratio tunc non delectat. Ideo aũt supra dixi aliud frequẽter: aliud semel: q2 quedaz sunt que si tantũ semel fiant: vel facienda disponant: damnãt: q̃dam vero non nisi sepius fiãt vel facienda decernant vt de ocioso verbo ꝛ hmõi. Hec Aug. in. xij. li. de trinitate tradit ita: Sicut in illo coniugio primoꝝ hominũ serpens manducandũ persuasit: mulier autẽ non manducauit sola: sed viro suo dedit ꝛ simul mãducauerũt: ita ꝛ in q̃dã secreto ꝯiugio qđ in vno hoĩe gerit ꝛ dinoscit cũ rõni scie q̃ in reb' tpalib' agẽdis rõcinãdi viuacitate vsat aialis sensus ingerit q̃ndã illecebrã tunc velut serpẽs alloquit feminã. Huic autem illecebre cõsentire de ligno vetito est edere. Sed iste cõsensus si sola cogitationis delectatiõe contentus est: superiori vo autoritate ita retinent mẽbra vt nõ exhibeant arma iniq̃tatis pctõ: sic habẽdum estimo: velut lignum vetitum mulier sola comederit. Si aũt i ꝯsensu illo ita decernitur quodq̃ peccatum: vt si sit potestas etiã opere impleatur: intelligẽda ẽ

Auctẽ Aug. ita eẽ ꝯfirmat.

Qñ mulier cũ viro mãducat.

Rom. vi.

mulier dedisse viro suo simul edendũ illicitũ cibũ. Neq enim potest peccatũ non solum cogitandũ suauiter verũ etiã perpetrandũ efficaciter mente decerni: nisi et illa mentis intentio penes quã summa potestas est mẽbra in opus mouendi vel ab opere cohibẽdi male actiõi cedat. Nec sane cũ sola cogitione mens oblectatur illicitis: nõ quidẽ decernens esse facienda: tenens tñ et volens libenter que statim vt attigerunt animũ respui debuerũt negãdum est esse peccatũ: sed lõge minus q si et opere statuatur implẽdũ. Et ideo de talibus q cogitatiõibus venia petenda est pectusq percutiẽdũ et dicendũ: Dimitte nobis debita nostra. Neq enim sicut i illis duobus primis hoibus personã suã quisq portabat: et ideo si sola mlier cibũ edisset illicitũ: sola vtiq mortis supplicio plecteretur: ita dici potest in hoie vno si delectatiõibus illicitis a quibus cõtinuo se deberet auertere: cogitatio libenter sola pascatur: nec faciẽda decernãtur mala: sz tamẽ suauiter i recordatiõe teneãtur quasi mulierẽ sine viro posse damnari. Absit hoc credere. Hic quippe vna persona ẽ: vnus hõ est: totusq dãnabitur: nisi hec que sine volũtate operãdi: sed tñ cũ volũtate animũ talibus oblectandi solius cogitatiõis sentiũtur esse peccata per mediatoris gratiã remittãtur. Idem quoq in libro cõtra manicheos de hoc eodem sic ait. Apostolus dicit: Scdm pricipẽ potestatis aeris hu[i]: spũs q nũc opatur in filijs diffidẽtie. Nũquid ergo visibilit eis apparet aut quasi corporeis locis accedit ad eos et operatur? Sed miris modis p cogitationẽ suggerit quicquid potest: q bus suggestiõibus resistẽduz est. Nõ enim ignoramus astutias eius. Quomodo ei accessit ad iudã quãdo ei persuasit: vt dominũ traderet? Nũquid in locis aut per hos oculos ei visus est? Sed vtiq vt dictũ est in cor ei[us] itrauit. Repellit autẽ illũ homo si paradisuz mẽtis custodiat. Posuit enim hominẽ deus in paradiso vt operetur et custodiret: qr sicut ecclesie dr i cãticis canticorũ. Ortus conclusus fons signatus: quo vtiq nõ admittit puersitatis ille persuasor: sed tamẽ per mulierẽ decepit. Nõ enim etiã ratio nostra deduci ad cõsensum peccati potest: nisi cuz delectatio mota fuerit in illa parte animi qua debet obtẽperare rõni tãq rectori viro. Etiã in vnoq nrm nihil aliud agit cuz ad pctm quisq dilabitur q tũc actũ est in illis tribus serpẽte: muliere et viro. Naz pmo fit suggestio siue p cogitationẽ siue p sensus corpis vel videdo: tãgẽdo: vel audiẽdo: vel gustando: vel olfaciendo. Que suggestio cuz facta fuerit si cupiditas nostra nõ moueat ad peccandũ: excludit serpẽtis astutia. Si aũt mota fuerit: qsi iã mlieri psuasum erit: s aliqñ ratio viriliter etiaz cõmotã cupiditatẽ refrenat et compescit. Qd cũ fit: nõ labimur i pctm: s cũ aliqnta luctatione coronamur. Si aũt rõ cõsentiat et qd libido cõmouerit faciẽdũ esse decernat ab omni vita beata tanq de padiso expellit homo. Jam enim peccatũ imputatur etiã si nõ subsequat factum quãdo rea tenetur in cõsensione cõscientia.

Margin notes: Utrũ sit mortale qd i sola delectatõe tenet cogitationis. — Matth. vj. — Augustinus. — Eph. ij. — ij. Cor. ij. — Joh. xiij. — Luc. xxij. — Gen. ij. — Cant. iiij.

Quare hec de anime partibus dixit. k

Hec de anĩe partibus interseruim[us]: vt ipsi[us] aic natura plenius cognosceret: et sm quam sui portionem in ea sit liberũ arbitriũ intelligatur: scz sm rõnem qua omẽ peccatuz mortale geritur: sed nõ omẽ veniale: illud .s. qd in solo motu sensualitatis existit.

Qr sensualitas sepe in scriptura alit q3 supra accipit .s. vt etiã inferior rationis portio eius nomine intelligatur. l

Non est aũt silentio ptereundũ q sepe i scriptura noie sensualitatis: nõ id solũ in anima qd est nob cõmune cũ pecore: s etiã inferior portio rõnis q tpaliũ dispositiõi intẽdit: itelligitur. Qd diligẽs lector i locis scpture vbi de ipa fit mẽtio vigilãter annotet.

Ista ẽ distinctio .xxiiij. huius secundi libri: in qua mgr postq egit de tẽptatiõe primi hominis p quam cecidit agit de potẽtia p quaz stare potuit. cuiusmodi est liberũ arbitriũ. Et tria facit. Nam pmo ostendit q pmis parentib[us] fuit datum sufficiens adiutorium ad status innocentie tentionem. Secundo subdit q illud adiutorium fuit liberum arbitrium. insinuans ad quã ipm pertineat anime portionem. Tertio subiũgit q nos peccãtes sequimur quodammodo primorum parentum temptationem. Primũ facit a principio distinctiõis vsq ibi: Considerãdum est. Scdm vsq ibi: Illud q non ptereundũ est. Tertiũ ibi vsq ad finem distinctionis. In speciali sententia magistri stat in trib[us] ppositionib[us]. quarũ pma est hec: Primus homo auxilio gratie a creatiõe sibi indite potuisset absq merito cuilibet temptationi restitisse. Hãc mgr p

bans dicit q̃ p̄m⁹ hō ex creatiōe habuit sibi inditū recte voluntatis auxiliū. q̄ resistere potuit malo: sz nō ad meritū glorie. Et ratio est: q: si tale auxiliuʒ nō habuisset: peccatū nō fuisset sibi iuste imputatū. Sʒ ꝯtra obijcit̃ dupliciť. Primo querēdo quō tal' volūtas recte possit dici: q: p̄m⁹ hō nec meruit nec stetit. Et rn̄det ip̄am fuisse rectā p̄ mali carentiā: et q: p̄ hoc eā ad tēpus stare voluit. Scd̄o querit sic: Cum resistere malo sit meritoriū si potuit in primo statu resistere malo: ergo mereri potuit. Et respō: det q̃ resistere malo in natura corrupta meritoriuʒ bene est: in qua est aliquid impellens ad malū: sed nō fuit sic in natura integra: in qua fuit auxiliuʒ includens rectitudinem oīm potentiaꝝ anime. absq̃ quocunq̃ impellente ad malum. Secunda ꝓpositio est hec: Auxiliū quo hō in statu innocētie potuisset vitasse pctm̄ est libeꝝ arbitriū ꝑtinēs ad supioris rōnis portionē. Hāc mgr̄ insinuās q̄rit. Quid sit illud auxiliū quo hō potuisset in p̄mo statu vitasse peccatū. Et rn̄dēs dicit q̃ fuit libeꝝ arbitriū qd̄ describēs dicit q̃ sit facultas rōnis et volūtatis: q̄ bonū eligit̃ cū gratia ⁊ malū sine gratia: ⁊ dicit̃ liberum quo ad voluntatem: ⁊ dicitur arbitrium q̄ ad rationem ad quam spectat potētia discernendi. Et dicitur facultas voluntatis ⁊ rationis eo q̃ tam ad volūtatem q̄ ad rationem spectat. Ex quo correlarie infert q̃ liberum arbitriuʒ sit potētia rationalis nature qua potest velle bonū vel malum vtrūq̃ discernēdo: ⁊ p̄ consequens bruta animalia eo carēt ⁊ sic tm̄ sensum et appetitum qui sensualitas dicit̃ habēt. Et subdit q̃ sensualitas ⁊ ratio sunt due vires anime ab inuicem differētes. Nam sensualitas respicit sensus corporis ⁊ appetit⁹ eoꝝ. Ratio vo est quedam vis anime supior excedēs om̄e illud qd̄ habemus cōmune cū brutis. Cui⁹ quideʒ rationis duplex est portio. vna inferior que disponit temporalia. Alia superior que eternis bonis cōspiciēdis intendit. Et he due portiones nō nominant duas esse potentias anime: sed diuersa esse officia vni⁹ ⁊ eiusdē potentie. Tertia propositio est hec: Tunc mortaliter vel venialiter peccam⁹: dum vel ī opus vel in delectationem culpe ꝯsensum damus. Hanc mgr̄ insinuās dicit q̃ ad instar ⁊ p̄mi hoīs p̄mi pcti aliq̄n cōtingit nos peccare. Unde sicut in p̄mo peccato primoꝝ parentū inueniebat̃ serpens suadens mulieri ⁊ mulier suadens viro. ita ⁊ in nobis sensualitas p̄ modū serpētis suadet ratiōi superiori. naʒ ratio superior ⁊ inferior habēt se sic̄ vir ⁊ mulier q: sicut vir seductus fuit a muliere sibi data in adiutorium: ⁊ vnū cū ip̄o extitit in carne vna. ita ratio inferior a supiori deducit̃: et est ei in adiutoriū vnū cū illa vna mentis natura existēs. Et subdit q̃ motus ad peccandū qui solū est in sensualitate est pc̄m̄ veniale: sed ꝑueniens ad rationē superiorē est peccatum mortale. consistens auteʒ in ratiōe inferiori: si nō diu tenet̃ etiam est veniale. Si vo in eo diu teneatur mortale est. Et hec oīa ꝓbat auctoritate beati Augustini addens q̃ ratio inferior etiaʒ q̄nq̃ sumitur ꝓ sensualitate. quod dimittit diligenti lectori perscrutandū. igitur ⁊c̄. Et tm̄ in speciali de sententia huius distinctionis.

Redit ad liberi arbitrij considerationem. a

DI. XXV
De libero arbitrio s̄m se siue in generali.
Diffinitio liberi arbitrij.

i Amvero ad ꝓpositū redeamus. s. ad liberi arbitrij tractatum. quod philosophi diffiniētes dixerūt liberum de voluntate iudiciū: q: ptās ip̄a ⁊ abilitas volūtatis ⁊ rōnis quā supra diximus esse liberū arbitrium: libera est ad vtrūlibet: q: libere potest moueri ad h̄ vl' ad illud. Libeꝝ ḡ dr̄ arbitriū q̄tū ad volūtatē: q: volūtarie moueri et spontaneo appetitu ferri pōt ad ea q̄ bona vel mala iudicat: vel iudicare valet.

Q̄ liberum arbitrium non pertinet nisi ad futurum: nec ad omne futurum. b

Hoc autē sciendū est q̃ libeꝝ arbitriū ad p̄ns vel ad p̄teritū nō refert̃: s̄ ad futura ꝯtingentia. Qd̄ em̄ in p̄nti ē: determiatū ē: nec in potestate nostra est vt tūc sit vel nō sit quādo est: pōt em̄ nō esse vel aliud esse postea: sʒ nō potest nō esse dum est: vel aliud esse dum id est qd̄ est: s̄ in futuro an h̄ sit vel illd̄ ad ptātem liberi arbitrij spectat. Nec tn̄ oīa futura sub potestate liberi arbitrij veniunt: sed ea tm̄ que p̄ liberum arbitriū possunt fieri vel non fieri. Si quis enim tale quid velit ac disponat facere quod in ei⁹ nulla ten⁹ sit potestate: vel quia sine ipsi⁹ dispositione eque fieret: in hoc ip̄e libeꝝ nō habet arbitrium.

Q̄ suprapostia descriptio liberi arbitrij non cōuenit deo: nec his qui glorificati sunt c

Et quideʒ scd̄m p̄dictā assignationē ī his tm̄ videt̃ esse liberum arbitrium qui voluntatem mutare ⁊ in cōtraria possunt deflectere. In quoꝝ videlicet ptāte est eligere bonū vel malū: et vtrūlibet s̄m electionem facere vel dimittere. Scd̄m quod nec in deo nec ī his omib⁹: q̄ tāta btitudinis gr̄a sunt roborati: vt iam peccare nequeāt libeꝝ arbitriū esse nequit. Sed q̃ deus liberū arbitriuʒ habeat Aug. docet in lib. xxij. de ciuita. dei ita inquiēs: Certe de⁹ ip̄e nunq̄d q̄m peccare nō potest. ideo liberū arbitrium habere negandus est: Amb. q̄z in li. ď trinitate ait: Paulus dicit: quia omia operatur vnus atq̃ idē sp̄us: diuidēs singulis ꝓut vult: id est ꝓ libere volūtatis arbitrio: nō ꝓ necessitatis obsequio.

Qd̄ in deo sit libeꝝ arbitriū.

Ambrosius. j. Cor. xij.

Qualiter in deo accipitur liberum arbitrium. d

Sed aliter accipi-

tur liber arbitriũ i creatore q̄ i creaturis Dei eteni liber arbitriũ d̄r ei⁹ sapiētissima ⁊ omps volũtas: q̄ nō necessitate: ꝫ libera bonitate al's voluntate oia facit ꝑut vult. Jōq̄ Hiero. attēdēs nō ita esse liberũ arbitriũ i deo sic̄ ē in creaturis: ab ipo videt̄ liber arbitriũ excludere in omelia q̄daz de filio ꝓdigo dicens: Solus deus est in quez peccatum nō cadit nec cadere pōt. Cet̄a cũ sint liberi arbitrij i vtrāq̄ ꝑtē flecti pñt. Dũ ait: cet̄a: idicat liber arbitriũ sic̄ ē in ceteris nō ita esse in deo.

Hieronymus

Luc. xv.

Qr angeli et sc̄ti q̄ iam beati sunt habēt liberũ arbitriũ. e

Angeli vō et sancti q̄ iā cuz dño felicit̄ viuūt: atq̄ ita gr̄a beatitudinis ꝯfirmati sunt vt ad malũ flecti nō velint nec possint libero arbitrio ñ carēt. vñ Aug⁹. in li. xxij. de ciui. dei ait: Sic̄ prima imortalitas fuit quā peccādo Adam ꝑdidit posse nō mori: ita ꝑmum liber arbitriũ posse nō peccare: nouissimũ nō posse peccare. Jdē in ench. Sic oportebat pri⁹ hoiem fieri: vt bñ velle posset ⁊ male. Postea vō sic erit vt male velle nō possit: nec ideo carebit libero arbitrio.

Aug. de ciui. dei li. xxij. ca. xij.

Multo q̄ppe liberi⁹ erit arbitrium qđ oino nō poterit seruire pct̄ō. neq̄ aut volũtas nō est: aut libera dicēda nō ē: q̄ beati sic esse volum⁹: vt esse miseri nō solũ nolimus: ſ3 nequaq̄ prsus velle possimus. Sicut ḡ ania nr̄a nunc habet nolle infelicitatē: ita nolle iniquitatez semꝑ habitura est. Sed ordo seruandus fuit quo de⁹ voluit ostendere q̄ bonuz sit animal rōnale quod etiā peccare possit: q̄uis sit melius qđ peccare nō possit. Ecce his verbis euidēter astruit̄ q̄ post btitudis ꝯfirmationē erit in hoie liber arbitriũ q̄ peccare nō poterit: ⁊ nunc in angelis est et i sanctis q̄ cum dño sunt: ⁊ tanto vti q̄ liberi⁹ quāto a peccato immunius: ⁊ ad bonum ꝓnius. Quo eñ q̄sq̄ ab illa pcti ſuitute de q̄ scriptum est: qui facit pct̄m seruus ē pcti: lōgius absistit: tanto in eligendo bonum liberi⁹ habet iudiciuz. Vñ si diligēter inspiciat̄ liber videt̄ dici arbitriũ: q2 sine coactiōe ⁊ necessitate valet appetere vel eligere qđ ex rōne decreuerit.

Q liberius erit arbitriũ qñ peccare nō poterit.

Euidēs et sufficiens rō q̄re dicat̄ ē liberũ arbitrium. Joh. viij.

De libertatis arbitrij differentia ſm diuersa tempora. f

Ex predictis ꝯspicuũ fit q̄ maior fuit libertas arbitrij ꝑma q̄ sc̄da: et tertia multo maior q̄ sc̄da vel ꝑma. Prima eñ libertas arbitrij fuit i q̄ poterat peccare ⁊ nō peccare. Ultima vō erit in q̄ poterit nō peccare: ⁊ non poterit peccare. media vō in q̄ pōt peccare: ⁊ nō pōt nō peccare: añ repationē etiā mortaliter p⁹ repationē vō saltē venialiter.

De quattuor statibus liberi arbitrij in homine. g

Et pñt in hoie notari quattuor stat⁹ liberi arbitrij. Añ peccatũ eñ ad bonũ nil ipediebat: ad maluz nil impellebat. Nō habuit infirmitatem ad malũ: et habuit adiutoriũ ad bonum. Tũc sine errore ratio iudicare ⁊ volũtas sine difficultate bonuz appetere poterat. Post pct̄m vō añ repationez gr̄e ꝑmit̄ a ꝯcupia ⁊ vincit̄: ⁊ h3 infirmitatē i malo: sed nō h3 gr̄am in bono: ⁊ iō pōt peccare et nō pōt ñ peccare: etiā dãnabilit̄. Post repationē vō añ ꝯfirmationē ꝑmit̄ a cōcupiscētia: ꝫ nō vincit̄: ⁊ h3 q̄dē infirmitatē i malo: ꝫ gr̄az i bono: vt possit peccare ꝑpter libertatē ⁊ infirmitatez: ⁊ possit nō peccare ad mortē ꝑpt̄ libertatē ⁊ gr̄az adiuuātē. nōdũ tñ h3 posse omino nō peccare vel nō posse peccare ꝑpt̄ infirmitatē nōdum ꝑfecte absorptam et ꝑpter gratiā nōdum plene cōsũmmatā. Post cōfirmationē vō infirmitate penit⁹ consumpta ⁊ gr̄a ꝯsummata: nec vinci poterit nec premi ⁊ tũc habebit nō posse peccare.

De corruptione liberi arbitrij per peccatum. h

Unde manifestũ est q̄ ꝑter alias penalitates ꝑ pct̄ō illo incurrit hō penā i corruptiōe ⁊ depˢsione liberi arbitrij. Per illud nāq̄ pct̄m naturalia bona in ipo hoie corrupta sũt ⁊ gratuita detracta. Hic ē eñ ille q̄ a latronib⁹ vulnerat⁹ est ⁊ spoliat⁹. Vulnerat⁹ q̄dez in naturalib⁹ bonis quib⁹ nō est priuat⁹ alioq̄n ñ poss3 fieri repatio. Spoliat⁹ vō gratuitis q̄ ꝑ gr̄am naturalib⁹ addita fuerāt. Hec sunt data optima ⁊ dona ꝑfecta quorũ alia sunt corrupta ꝑ pct̄m. i. naturalia. vt ingeniũ: memoria: itellect⁹: alia sbtracta. i. gratuita. quāq̄ ⁊ naturalia ex gr̄a sint. Ad generalē dei q̄ppe gr̄am ptinent. Sepe tñ hmōi fit distinctio cuz gr̄e vocabulũ ad speciē nō ad genus refertur

Luc. x.

Corrupta est ergo libertas arbitrij per peccatum et ex parte perdita. vñ Aug. i ench. Libero ar- (Augustinus.) bitrio male vtēs hō et se perdidit et ipm. Cū eñ libero arbitrio peccaret victore peccō amissuz ē et liber arbitriū. A q̄ eñ q̄s deuictus ē huic seru⁹ addict⁹ est. Ecce liberū arbitriū dicit hoiem amisisse: nō quia post pctm̄ non habuerit liber arbitriū: sed q: libertatē arbitrij pdidit: nō quidē oēz sed libertatē a miseria et a peccato.

De tribus modis libertatis arbitrij. i

Est nāqz libertas triplex. s. a necessitate: a pctō: a miseria. A (De libertate a necessitate.) necessitate et añ pctm̄ et post eque liber ē arbitrium. Sicut eñ tūc cogi nō poterat ita nec modo. Ideoq volūtas merito apud deuz iudicat q̄ sp a necessitate libera ē et nūq cogi pōt: vbi necessitas ibi ñ ē libertas: vbi nō est libertas nec volūtas: et ideo nec meritū. Hec libertas in omnib⁹ (De libertate a peccato. ij. Cor. iij.) est tam in malis q̄ in bonis. Est et alia libertas a pctō. s. de qua dicit aplus: Ubi spūs dñi ibi libertas. Et veritas in euāgelio. (Joh. viij.) Si fili⁹ vos liberauerit vere liberi eritis. Hec libertas a seruitute pcti liberat et facit eos iusticie facit sic ecōuerso seruit⁹ peccati (Rom. vj.) liberos iusticie facit. vñ Aplus: Liberati a peccato serui facti estis iusticie. Et item: Cū serui essetis peccati liberi fuistis iusticie. Hāc libertatem peccādo hō (Aug. in ench. ca. ij.) amisit. Ideoq Aug. dicit q homo male vtēs libero arbitrio: et se pdidit et ipm: q: pdita est per peccatum libertas: non a ne- (Joh. viij.) cessitate sz a peccato. Qui enim facit peccatum: seruus est peccati.

Qui habent hanc libertatem scz a peccato et per quid. k

Istam libertatez que est a pctō illi soli nūc habēt quos filius p grām liberat et reparat: nō ita q penitus sint sine pctō i hac mortali carne: sz (Joh. viij.) vt i eis pctm̄ nō dñet neq regnet. Et hec est vera et bona libertas q̄ bonā parit seruitutē. s. iusticie. vnde Aug⁹ in ench. ait: Ad iusticiā faciendā nō erit aliquis liber nisi a peccato liberatus esse iusticie ceperit seruus: et ipsa est vera libertas pter recti facti leticiam: simul et pia seruit⁹ propter precepti obediētiam. Est alia libertas nō vera male seruituti adiuncta: que est ad malū faciēdū vbi rō dissentit a voluntate iudicās nō esse faciendū q̄d volūtas appetit. Ad bonū vero faciēdū pcordat ratio volūtati: et iō ibi vera libertas est et pia. De libertate aūt ad malū et fui- tute mala ait Aug. in ench. Serui addicti pctō. s. q̄ pōt eē libertas nisi qñ eū peccare delectat. Liberaliter eñ seruit q̄ sui dñi volūtatē libēter facit: ac p h̄ ad peccandū liber est: qui peccati seruus est.

Questio de libertate ad malū an sit ipsa libertas liberi arbitrij an alia. l

Hic q̄ri pōt vtruz hec libertas qua quis liber est ad malum sit libertas arbitrij? Si eñ libertas arbitrij est bonū q̄dē ē: q: libertas arbitrij bonū naturale ē. Quibusdā videt q sit ipa (Responsio quorundam.) libtas arbitrij: q̄ sp bona est: sed ppt peccati seruitutē ad malū sit liberior et pnior et ideo dicit non esse vera libertas: quia ad malum est. Alijs autē videt q hec libertas ad malum quam supra cōmemorauit Aug. nō sit ipsa libertas arbitrij sed sit quedaz pronitas peccandi et curuitas que ex peccato est: et mala est.

Questio alia de libertate ad bonū an ipsa sit libertas arbitrij an non. m

Similiter etiaz q̄ri solet vtr illa libertas vera ē q̄ ad iusticiā faciendā sit ipa libertas arbitrij? Qui- (Responsio quorundam.) dam dicūt illam eandē esse: sed reparatā p gratiā: qua iuuante libera est ad bonū sine gratia vero nō est libera ad bonum. vnde Aug⁹. in ench. Ista libertas ad bene faciēdū nunq erit hoi addicto et vēdito sub peccato: nisi eum redimat q̄ dicit: (Joh. viij.) Si filius vos liberauerit: vere liberi eritis. Quod anteq fieri in homine incipiat: quō quisq de libero arbitrio gloriat qui nondū est liber ad opandū bñ? Ecce apte oñdit liber arbitriū p grāz liberari vt p illud bñ operet q̄s. Ideoq dicūt illam libertatem veram q̄ est ad bñ faciendū cui⁹ supra meminit Aug. esse libertatē ipam arbitrij gratia dei liberatā et adiutā Alij vero putant: nō esse ipam arbitrij libertatem: sed aliam quandam q̄ ex grā et libero arbitrio in mente hois deo opērāte incipit esse cum reparatus est.

Certa determinatio vtriusq̄ q̄onis qua d̄r libertas ad bonū ⁊ ad malū esse libertas arbitrij. n

Verū nobis magis placet vt ipsa libtas arbitrij sit: ⁊ illa q̄ q̄s liber est ad malū ⁊ illa q̄ q̄s liber est ad bonū faciendū. Ex causis em̄ varijs sortitur diuersa vocabula. Dicit̄ em̄ libertas ad malum faciendum anteq̄ p gratiaz sit repata: ꝫ cū p grām fuerit repata dicit̄ libertas ad bonū faciēdū: q̄ ante gratiaz libera est voluntas ad malum: p grām vero libera fit ad bonū. Semp ergo voluntas hois aliquo modo libera est: ꝫ non sp bona est. Nō em̄ ē bona: nisi a peccato liberata: ē tñ a necessitate libera. Vñ Aug. in li. de grā ⁊ libero arbitrio. Semp in nobis voluntas libera est: ꝫ nō sp bona est. Aut em̄ libera ē iusticie quādo seruit peccato: ⁊ tūc est mala: aut a peccato libera ē qñ seruit iusticie ⁊ tūc est bona.

De libertate a miseria. o

Est iterū libertas a miseria: d̄ qua ap̄ls ait: Et ipa creatura liberabit̄ a seruitute corruptiōis in libertatē glorie filiorꝫ dei. Hanc libertatē hūit hō ante pctm̄: quia omni carebat miseria ⁊ nulla tangebatur molestia: ⁊ pleni⁹ habebit in futura beatitudine vbi miser esse non poterit. Sed in hac vita q̄ est inter p̄mum peccatum ⁊ vltimā confirmationez nemo a miseria liber est: quia pena peccati non caret.

Rom. viij.

Repetit de corruptione liberi arbitrij vt addat alia. p

Ex p̄dictis apparet in quo per peccatū sit iminutū vel corruptū liberū arbitriū: q̄ ante peccatū nulla erat homini difficultas nullūq̄ impedimentū de lege mēbrorꝫ ad bonū: nulla impulsio vel instigatio ad malū. Nūc autē p legem carnis ad bonū impeditur ⁊ ad malum instigat̄: vt nō possit velle ⁊ perficere bonū nisi p grām liberet̄ ⁊ adiuuet̄: q̄ ait ap̄ls. Peccatum habitat in carne. Liberꝫ ergo arbitrium cum semp ⁊ in singulis sit liberū nō est tamen pariter liberū in bonis ⁊ in malis: ⁊ ad bona ⁊ ad mala. Liberi⁹ ē enim in bonis vbi liberatum est: q̄ in malꝭ vbi liberatum non est. Et liberius est ad malū quod p se potest: q̄ ad bonū: qd̄ nisi gratia liberet̄ ⁊ adiuuetur non potest.

Rom. vij. Q nō ē piter li. ar. in bonis ⁊ in malis ad bōa ⁊ ad mala

De libertate que fit ex gratia ⁊ q̄ ex natura. q

Libertas ergo a peccato ⁊ a miseria per gratiam est: libertas vero a necessitate per naturam. Vtrāq̄ libertatem nature. s. ⁊ gratie notat apostolus cum ex persona hominis non redēpti ait: Velle adiacet mihi: perficere autē bonum non inuenio: ac si diceret: habeo libertatem nature: sed non habeo libertatem gratie ideo non est apud me perfectio boni. Nam voluntas hominis quam naturaliter habet: non valet erigi ad bonuz efficaciter volendum vel opere implendū nisi per gratiam liberetur ⁊ adiuuetur. Liberetur quidem vt velit: ⁊ adiuuetur vt perficiat. Quia vt ait ap̄ls: Non est volētis velle neq̄ currentis currere: id est operari sed miserentis dei qui operatur in nobis velle ⁊ operari bona cuius gratiaz nō aduocat hominis voluntas vl̄ operatio: sed ipsa gratia voluntatem preuenit preparando vt velit bonum ⁊ preparatam adiuuat vt perficiat.

Rom. vij.

Quid possit p se hois volūtas ⁊ q̄d p grām.

Rom. ix.

Ista est distinctio sexta hui⁹ tertij libri. In qua mgr̄ postq̃ꝫ egit de filij dei incarnatione. s. d̄ conditionibus constituentibus actū vnionis: incipit agere de cōditionibus actum vnionis consequentibus. Et circa hoc tria facit in hac ⁊ in se. distin. Nam primo ponit quinq̄ꝫ questiōes. Secūdo recitat varias opiniones. Tertio dat questionū motarū solutiones. Primū facit vsq̄ꝫ ibi Alij aūt dicūt. Scd̄m abinde vsq̄ꝫ ad finē distinctionis Tertiū v̄o facit ꝑ totam sequentē distin. In speciali snīa magistri stat in tribus ꝓpositionibus. quaꝝ prima est hec: Ad hm̄ōi questiōes: scꝫ an deus factus est homo vel homo factus sit de⁹ et cōsimiles difficulter possunt dari responsiōes. Hāc magister ꝓbans dicit. ꝙ ex dictis p̄cedētibus emergūt questiōes difficiles ⁊ dubie. Quaꝝ prima est hec. Cuꝫ dicit̄ fili⁹ dei factus est homo. et deus est homo: et homo est deus. Utrum deus factus est aliquid vel aliquid dicatur esse deus. Secūda est. Utrū bene possit dici. Homo factus ē deus. sicut bene dicitur ecōuerso. Deus homo fact⁹ ē. Et respōdet dicens ꝙ difficile est ad hm̄ōi questiōes respōdere: cū multi doctores videant̄ in eaꝝ solutionib⁹ discordare. ⁊ sic dimittit eas absq̄ꝫ vlteriori respōsione vsq̄ꝫ ad distinctionē sequētē. Scd̄a ꝓpositio est hec Tres sunt antiquoꝝ opiniones de eterni v̄bi incarnatione. Has magister recitans nō discutit: sed eaꝝ discussiones legentib⁹ derelinquit. Quarum opinionū prima dicit ꝙ aīa ⁊ corpus xp̄i ordine non tpis sed nature prius fuerūt ad inuicē vnita ad constituendū hominē ⁊ sic homo ex eisdē cōstitutus fuit a verbo assumpt⁹ ⁊ q₂ homo est nomē suppositi. id̄o opinio dicit duo supposita esse in xp̄o. vnū creatuꝫ qd̄ est homo subsistēs in natura humana. aliud increatū verbū subsistēs in natura diuina. ⁊ q̃uis sic in christo ponat duo supposita. in ipso tamen non ponit nisi vnā ꝑsonā quia suppposituꝫ creatū scꝫ hominis nō dicit esse personaꝫ. illa de causa ꝙ ꝑsona dicit suppositum ad dignitateꝫ ꝑtinēs. Cū igit̄ suppposituꝫ creatū in christo sit vnitū supposito diuino seu digniori. ꝑsoneitas in christo solū accipienda ē a supposito digniori. s. diuino ⁊ nō humano. Item ista opinio dicit: ꝙ ꝓprietas vni⁹ suppositi in xp̄o nō dicit̄ de altera absolute sed tm̄ cū quadā reduplicatiōe. Ita s̄m istā opinionē tales ꝓpositiones nō sunt ꝯcedēde. Iste hō demōstrato xp̄o ē etern⁹ nisi addat̄ inq̃tum deus ⁊ similiter ista. Iste hō ē mortu⁹ demonstrato eodē. nisi addat̄ inq̃tum hō. Itē opinio hec dicit ꝙ ꝑsona v̄bi nō fuit magis cōposita post incarnationē v̄bi q̃ꝫ an̄. cū hō assumpt⁹ s̄m ipam nō ꝑtineat ad vnitatē ꝑsone diuine. Ista oīa ꝓbat mgr̄ particulatim octo doctoꝝ auctoritatibus Scd̄a opinio quā mgr̄ recitat. ponit p̄mo ꝙ corp⁹ ⁊ aīa xp̄i fuerīt pri⁹ natura. ⁊ nō tp̄e vnita nō tm̄ ad cōstitutionē suppositi sed tm̄ ad cōstitutionē nature humane. ⁊ sic a verbo simul fuerīt assumpta Scd̄o ponit ꝙ in xp̄o nō est nisi vnū suppositū seu vna ꝑsona substās duab⁹ naturis. Tertio ponit ꝙ ꝓpter vnionē suppositi ī duplici natura possint de xp̄o vere p̄dicari noīa significātia ꝓprietates vtriusq̄ꝫ nature. vt dicēdo De⁹ ē passus iste hō ē etern⁹ ⁊ sic de alijs. Quarto ponit ꝙ ꝑsona verbi post incarnationē facta ē cōposita. que prius erat simplex ita ītelligēdo ꝙ ꝑsona verbi q̄ ante īcarnationē subsistebat tm̄ in vna natura. post īcarnationē subsistit in duabus. Et ista oīa mgr̄ ꝓbat diuersis sctōꝝ auctoritatib⁹. Tertia opinio ponit p̄mo. ꝙ aīa xp̄i ⁊ corp⁹ xp̄i diuisa abinuicē sine vlla cōpositiōe īter se verbo fuerūt vnita seu a verbo assumpta ita q̃ꝫ s̄m eā cū dicit̄ fili⁹ dei assumpsit naturā. locutio intelligēda est materialiter vt sit sensus. filius dei assumpsit naturā humanā. i. assumpsit ꝑtes humane nature. q̄ dicunt̄ humana natura sicut partes domus dicunt̄ dom⁹. Scd̄o ponit ꝙ aīa ⁊ corp⁹ fuerūt verbo vnita solū accidētaliter ꝑ modū extrinseci habitus: sicut vestis vnit̄ corpi. Tertio ponit ꝙ aīa xp̄i ⁊ corpus nō ꝑtineant ad ꝑsonalitatem verbi sed extrinsece se habēt ad illā. sicut indumētū ad hominē Quarto ꝯsequēter ponit ꝙ in xp̄o sit vna ꝑsona tā simplex post īcarnationē sicut ante. ⁊ ista oīa fulciūtur auctoritatib⁹ doctoꝝ q̄ patēt ī textu. Et subdit postea q̄ttuor gn̄a habituū: eliciēs exinde q̄liter verbū dei sit in carne ⁊ in aīa quasi habitu indutum.

Positis sentētijs ꝓlatisq̄ꝫ testionijs ītelligētias ꝓpositarū locutionuꝫ exequitur scd̄m singulas snīas. ⁊ prius scd̄m primā. a

VIII D I Ostēdit q̄liter s̄m varias opiniones recitatas di. p̄cedēti de mō vniēdi diuinā ⁊ humanā naturā determinari habeāt ambigue locutiones.

Ecūdum primā vero dicit̄ deus fact⁹ hō ⁊ hō factus deus: q₂ de⁹ cepit esse quedā substantia rationalis que ante nō fuerat: ⁊ illa substātia cepit eē deus: et hoc grā non natura vel meritis habuit. Un̄ recte dicit̄ xp̄s inq̃tū hō p̄destinat⁹ esse fili⁹ dei. Huic aūt snīe opponitur. Si illa substātia cepit esse de⁹: et de⁹ illa. quedā ergo substātia est deus q̄ non semꝑ fuit de⁹: et q̄dā substātia est de⁹ que nō ē diuina substātia: et de⁹ est aliq̄d qd̄ nō sꝑ fuit. Qd̄ et illi ꝯcedūt. Origenis testimonio īnitentes: q̄ ait. Factus est sine dubio id qd̄ p̄us n̄ erat: sꝫ addidit s̄m carnē. Scd̄ꝫ deū v̄o erat p̄us: et n̄ erat qn̄ nō erat. Alijs q̃ꝫ plurib⁹ mōis illi snīe ꝑt opponi: q̄b⁹ sup sedem⁹ exercitatiōis studiū lectori relinquētes: et ad aliā ꝓperantes.

Que oponāt huic sententie

Origenes super eplam ad romanos.

Hic explanat scdam sniam et earundem locutionũ sensus. b

In secunda vero snia hui⁹ distinctionis talis videt̃ rõ: vt cũ dicit̃ de⁹ fact⁹ est hõ: intelligat̃ cepisse esse subsistẽs ex duabus naturis vel tribus substãtijs: et ecõuerso hõ fact⁹ ẽ de⁹ q: subsistẽs in duab⁹ naturis cepit eẽ deus: vel poti⁹ hõ fact⁹ est de⁹: et ecõuerso dicit̃: q: de⁹ assumpsit hominem: et hõ assumptus ẽ a deo. Vñ Aug. dicit in li. de trini. Talis fuit illa susceptio q̃ hoiem faceret deũ et deũ hoiem. Variat̃ aũt itelligẽtia cũ dicit̃: de⁹ est hõ: et hõ est deus. Dicit̃ eñ de⁹ esse psona subsistẽs in duabus. et ex duabus naturis: et psona subsistẽs in duab⁹ et ex duabus naturis dicit̃ eẽ de⁹. i. vbũ vel natura diuina. Põt eñ pdicari psona simplex vel natura de psona cõposita. Non est aũt vt ait Joh. Dama. idẽ dicere naturã vel personam.

Aug⁹.

Nõ ẽ idem dicere naturã vel psonam

Ex quo sensu dicunt christũ pdestinatum. c

Isti dicũt christũ pdestinatũ inq̃tũ est hõ. i. inq̃tũ et subsistens ex duabus substãtijs. s. aia et carne Nã q̃tũ ad naturã diuinitatis nõ est ipe pdestinatus. Nõ ergo inq̃tũ in ea vel ea subsistit pdestinatus est sed inq̃tũ subsistit in alijs duabus substãtijs. i. in anima et carne: hoc est inq̃tũ est homo.

Qualr̃ exponũt auctoritates prime q̃ isti vident̃ obuiare snie. d

Determinãt etiã auctoritates q̃ pme cõueniũt snie: et huic videt̃ ɔtradicere: vt cũ legit̃: hõ ille assũptus a vbo in singularitate psone: vel factus vna psona cũ vbo de natura humana intelligat̃: q̃ vbo vnita est in singularitate psone. i. ita q͛ eadẽ psona q̃ pus erat et simplex erat: sine icremẽto numeri psonaꝝ etiã imutata pmãsit lʒ cõposita. Cõpositiõis vo huius aliã dicũt esse rõnẽ q̃ sit in alijs hoibus: q: huius ex trib⁹: aliorum ex duabus substãtijs est cõpositio. Negãt q͛ naturam humanã esse psonam vel dei filiũ: et sicut vnũ eũdem q͛ dicunt esse hoiem et deũ: et filiũ hois et filiũ dei ita vnũ et idẽ non aliud et aliud: sicut nec alium et alium.

Quedam ponit que permissis videntur aduersari. e

Sʒ his videntur aduersari que subditis ɔtinent̃ capitulis Ait eñ Aug. sup Joh. Aliud ẽ vbũ dei aliud homo: sed vbũ caro factũ est. i. hõ nõ ita q͛ alia verbi: alia ẽ hois psona q̃m vtrũq͛ xp̃s et vna psona. Idẽ ad Felicianum. Aliud dei filius: aliud hois filius sed nõ alius. Itẽ Dei fili⁹: aliud de pr̃e: aliud de mr̃e. Idẽ in li. j. de trini. Cũ filius sit ꝛ de⁹ et hõ: alia substãtia deus alia hõ Aug⁹.

Qualiter his respondeãt. f

Hec autem in hũc modũ determinãt: q: cũ dicit̃: aliud vbũ dei: aliud hõ: siue alia sba deus: alia hõ: alterius nature significat̃ xp̃s esse inq̃tũ est hõ: et alterius inq̃tum est deus. et aliud natura qua est homo: aliud natura q̃ est de⁹. Vt eñ ait Joh. Dama. Incõuerse et inalterabiliter vnite sũt adinuicẽ nature: neq͛ diuina distãte a ꝓpria simplicitate: neq͛ humana aut ɔuersa in deitatis naturã aut in nõ existẽtiã diuisa: neq͛ ex duab⁹ vna facta cõposita natura. Cõposita eñ natura neutri eaꝝ ex q̃bus cõponit̃ naturis: homousia. i. ɔsubstãtialis eẽ põt ex alteris pficiẽs alteꝝ: vt corp⁹ ex q̃tuor elemẽtis cõpositũ: nec ignis noiat̃: nec aer: nec terra: nec aqua: nec hoꝝ alicui homnusion dicit̃. Si g̃ ꝑm hereticos xp̃s vni⁹ cõposite nature post vnionẽ extitit: ex simplici natura ɔuersus est in cõpositã: ꝛ neq͛ pr̃i simplicis nature exñti: neq͛ mr̃i ẽ homousios: ꝛ neq͛ de⁹ neq͛ hõ denoiabit̃ sʒ xp̃s solũ: ꝛ erit h̃ nommẽ scʒ xp̃s ñ psone ipi⁹ natura: sʒ vni⁹ ꝑm ipos cõposite nature nos aũt xp̃m non vnim⁹ cõposite nature dogmatizam⁹ ꝛ h̃ nomẽ scʒ xp̃s psone dicim⁹ nõ monotropos. i. vno mõ dictũ: sʒ duarũ naturarũ eẽ significatiuũ. s. deitatis ꝛ humanitatis. Ex deitate aũt ꝛ hũanitate deũ pfectũ ꝛ hoieꝫ pfectũ eũdẽ ꝛ eẽ ꝛ dici: ex duab⁹ ꝛ in duabus naturis ɔfitemur. Sic g̃ d̃: aliud eẽ fili⁹ dei: aliud fili⁹ hois: q: alteri⁹ ẽ sbe vl̃ nature inq̃tũ ẽ fili⁹ dei. alteri⁹ inq̃tũ ẽ filius hois: nõ q͛ ipẽ fili⁹ dei ꝛ hois sit duo illa diuersa. i. due diuerse nature. Joh. dam̃.

Auctoritate confirmat determinationem. g

Apte eniꝫ Hylari

nus in .ix. li. de trini. ait. Cũ nõ aliud sit filius hoĩs: nec aliud fili⁹ dei: v̄bũ eñ caro factũ ẽ: ⁊ cũ ille q̄ fili⁹ dei ẽ ipse ⁊ hoĩs sit fili⁹ req̄ro q̄s in h̄ filio hoĩs glorificat⁹ sit: Euidẽter dicit nõ aliud eẽ filiũ dei: ⁊ aliud filiũ hoĩs. Ex quo p̄missa roborã tur ⁊ approbat̄ determinatio.

Alia etiam verba autoritatũ annotet vt determinet. h

Qd etiam dictum est vtrũq; xp̄s ẽ: ⁊ vna p̄sona mouere p̄t lectorẽ sicut ⁊ illud qd Aug⁹. dicit i.j. li. de trini. Quia forma dei formã s̄ui accepit: vtrũq; de⁹: vtrũq; hõ. Sz vtrũq; de⁹ p̄pter accipiẽtẽ deũ: ⁊ vtrũq; hõ p̄pt̄ acceptũ hoiem. Et illud qd idez ait in li. de bono p̄seuerãtie. Qui fidelis ẽ: in eo verã naturã humanã credit suscipiente deo v̄bo ita s̄blimatã: vt q̄ suscepit ⁊ qd suscepit vna eẽt in trinitate p̄sona: assumptiõe illa ineffabilit̄ faciẽte p̄sone vni⁹ in deo ⁊ hoie veritatẽ. Si autẽ q̄ suscepit. ⁊ qd suscepit vna ẽ p̄sona: g̃ natura hũana cũ verbo vna ẽ p̄sona. Sed hec oĩa ex tali sensu dicta fore tradũt vt vtrũq; dicat̄ eẽ xp̄s ⁊ vna p̄sona q: in vtroq; vn⁹ xp̄s ⁊ vna p̄sona subsistit. Ita ẽt susceptũ cũ suscipiẽte dr̄: vna p̄sona: q: susceptũ suscipiẽti est sociatũ in vnitate p̄sone: ⁊ ita q; vnitas p̄sone p̄mãsit: nõ ita vt caro ⁊ aĩa sint vnus de⁹: q: vt ait Hiero. Verbũ ẽ de⁹ nõ caro assũpta Et Amb. in li. iij. de sp̄ũ sctõ ait. Aliud ẽ qd assũpsit: ⁊ aliud qd assũptũ ẽ.

Hic q̄ndã ponit auctoritatẽ que m̄ltũ videt̄ huic s̄nie opposita. i

Est autem ⁊ aliud qd huic s̄nie plurimũ videt̄ obuiare. Ait eñ Aug⁹. in lib. j. ꝯ Maximinũ Christ⁹ vna p̄sona ẽ gemine s̄be q: ⁊ de⁹ est ⁊ hõ est: nec tñ deus vel hõ: p̄s hui⁹ s̄be dici p̄t alio q̄n fili⁹ dei de⁹ anteq; susciperet formã serui: nõ erat totus: ⁊ creuit cũ hõ diuinitati eius accessit. Ecce. deũ dicit nõ esse p̄tem illius p̄sone. Vñ videt̄ illa p̄sona nõ cõstare ex deo ⁊ hoie. Ad qd etiam illi dicũt illã p̄sonã nõ ita ꝯstare ex deo ⁊ hoie: q̄si totũ ex p̄tib⁹. Ita eñ p̄tes alicui⁹ totius ꝯueniũt: vt ex illis qd nõ erat cõstituatur. Nõ aũt sic hũana ⁊ diuina natura in xp̄o vniunt̄. Inexplicabilis eñ est isti⁹ vniõis q̄ nõ ẽ p̄tiũ rõ. Quidã tñ noĩe dei

ibi p̄sonã significari putãt: q: de trib⁹ agebat p̄sonis: quarũ nullã trinitatis p̄tẽ eẽ dicebat: sicut p̄s isti⁹ p̄sone nõ ẽ de⁹. Qd si de p̄sona itelligat̄: manifestũ est q: p̄sona nõ est p̄s p̄sone. Posita ẽ diligẽter sententia scd̄a ⁊ ei⁹ explanatio: cui in nullo v̄l in modico obuiant auctoritates in tertia s̄nia inducte q̄ iam ꝯsiderãda est.

Tertia s̄nia q̄ sit premissarũ p̄positionũ intelligẽtia. k

In hac ergo sententia sic dicit̄ de⁹ fact⁹ hõ: q: hoiem accepit sic dicit̄ esse hõ: q: hoiem habet: vel q: ẽ habẽs hoiem: ⁊ hõ fact⁹ de⁹: q: assumpt⁹ est a deo: ⁊ hõ eẽ de⁹: q: habens hoiem ẽ de⁹. Cũ ergo dicit̄ de⁹ est hõ vel habitus p̄dicat̄ vel p̄sona sed humanata. Et q; p̄sona hũanata p̄dicet̄: Cassiodorus ostẽdere videt̄ dicẽs. Fact⁹ est vt ita dixerim humanat⁹ de⁹ q̄ etiã in assumptione carnis: deus esse nõ destitit. Qd tñ varie accipi põt vt dicat̄ de⁹ fact⁹ humanat⁹: vel xp̄s fact⁹ de⁹ hũanat⁹ vtrũq; eñ sane dici põt. Cũ ergo dr̄ fact⁹ est deus hõ: multiplex s̄m istos fit itelligẽtia: vt naturã humanã accepisse vel humanatũ v̄bũ esse incepisse intelligat̄. Nec tñ si icepit esse humanatũ v̄bũ: iõ sequit̄ q; incepit esse verbum nec si de⁹ factus est humanatũ verbum sequit̄ q; factus sit v̄bũ: sicut de aliquo dicit̄ Hodie iste cepit esse bonus hõ vel factus est bonus hõ: nec tñ hodie cepit esse hõ: vel factus est homo.

Quo sensu scd̄m illos dicat̄ p̄destinatus christus. l

Scd̄m istos dicit̄ xp̄s s̄m q; hõ p̄destinat⁹ esse fili⁹ dei: q: ẽ p̄destinatũ a deo ab eterno: ⁊ in tẽpe collatũ est ei p̄ g̃ram: vt ipse ens hõ sit filius dei: hoc. n. nõ s̄p habuit: sed in t̄pe p̄ gratiã accepit. Qd videt̄ Aug⁹ notasse in li. ad Prosperũ ⁊ Hylari. dicẽs. Predestinat⁹ ẽ Iesus: vt q̄ futur⁹ erat s̄m carnẽ filius dd̄: esset in virtute fili⁹ dei. Ibi etiam cũ dicit̄ xp̄s minor p̄re s̄m q; hõ: s̄m habitũ h̄ itelligũt dictũ. i. inq̄tũ habet sibi hoiem vnitũ. Vñ Aug⁹. in .j. li. de trini. De⁹ filius deo p̄ri natura ẽ eq̄lis: habitu mior In forma eñ s̄ui mior ẽ p̄re. In forma dei equalis ẽ p̄ri: ⁊ q: s̄m habitũ accipiẽda est incarnatiõis ratio: ideo deũ hu

Aug⁹.

Et hic auctoritate vtit̄ vt confirmet determinatõez.

Aug⁹. li. iij. Rom. j.

Rñsio eoꝝ cũ determĩatiõe

Cassiod.

Aug⁹. j. li. de p̄destinatione post mediũ. Auctoritate ꝯfirmat expositionem.

Aug⁹. ca. vi

Joh. dam. manatū: nō hoiem deificatū dici tradūt. Vñ Joh. dam. Nō hoiem deificatū dicimus: sed deū hoiem factum.

Qđ nō dz dici hō dñicus. m

Et licet dicat̃ ho=

Aug. lib. j. re. xix. mo deus: nō tñ ꝯgrue dicit̃ hō dominic⁹ Vñ Aug⁹. in li. retractationū. Nō video vtrū recte dicat̃ hō dñic⁹: q̄ est mediator dei ⁊ hoim xp̄s iesus: cū sit vtiqꝫ dñs: ⁊ h̄ q̄dē vt dicerē apud q̄sdā legi catholicos tractatores. Sꝫ vbicūqꝫ h̄ dixi dixisse me nollē. ꝑostea q̄ppe vidi nō esse dicēdū: q̄uis nōnulla posset idem rōne defendi. Scđm istos etiā dꝫ ꝑsona filij in duab⁹ ⁊ ex duab⁹ existere naturis ꝫm adherētiā vel iherētiā. Alt̃a em̄ inheret ei alt̃a iest

Qđ ꝑdicta nō sufficiūt ad cognoscendā hanc q̄ōnem. n

Satis diligenter

iuxta diuersoꝝ sniaꝫ supraposita absqꝫ assertiōe ⁊ p̄iudicio tractauim⁹ q̄ōnē. Verū tñ nolo in tāta re tāqꝫ ad cog̃scēdū difficili putare lectorē istam sibi nr̃am debere sufficere disputationē sꝫ legat ⁊ alia forte meli⁹ cōsiderata atqꝫ tractata: ⁊ ea q̄ hic mouere pn̄t: vigilātiore atqꝫ itelligētiore si pōt mēte discutiat. Hoc firmiter tenēs q̄ de⁹ hoiem assūpsit hō in deū transiuit: nō nature v̄sibilitate: sꝫ dei dignatōe: vt nec de⁹ mutaret̃ in humanā s̄bam assumēdo hoiem: nec hō in diuinā gl̄ificat⁹ in deum: q̄r mutatio vl' versibilitas nature: diminutionē ⁊ abolitionē s̄be facit.

Ista est distinctio. vij. hui⁹ tertij libri: q̄ ꝑtinet sniam tertie opinionis q̄ est hec. Secūdū doctoꝝ diuersoꝝ opiniones varie dāde sunt r̄nsiones q̄ ponunē sup⁹ in p̄ma ꝑpositione. Hanc mg̃r insinuās exponit p̄mo p̄mā ꝑpositionē ꝑpositā in p̄ma p̄ncipali ꝑpositiōe p̄cedētis distictionis vicꝫ istā. De⁹ hō fact⁹ ē: q̄ valet tm̄ sicut ista. De⁹ icipit eē substātia rōnalis q̄ p̄us nō erat. Et ex hoc ad istā q̄ōnē cū dicit̃: de⁹ hō fact⁹ est: an deus dicat̃ fact⁹ aliud. Scđm p̄mā opinionē dicit r̄ndendū eē affirmatiue. dicēdo q̄ de⁹ fact⁹ est aliq̄d scꝫ substantia q̄ esse cepit. Cōcedendū etiā est ꝫm istā opinionē q̄ xp̄s est p̄destinat⁹ dei fili⁹: sed nō in q̄tū hō. Sed cōtra hoc arguit sic. Si deus incepit esse aliq̄ substantia: verū est dicere q̄ de⁹ ē aliq̄d qđ nō sp̄ fuit. Ad qđ r̄ndens dicit: q̄ ista opinio bñ ꝯcedit̃ nō tñ simpliciter sed cū determinatione: dicēdo ꝫm carnē fact⁹ est aliq̄d qđ prius nō fuit. Scđm scđam opinionem ponit duplicē intellectū dictarū ꝑpositionū: quoꝝ vn⁹ ē: cū dicit̃ fact⁹ est hō: sensus est: q̄ deus incepit eē subsistēs in duab⁹ naturis. Ali⁹ est. q̄ de⁹ humanā naturā assumpsit: ꝫm q̄ homo dicit̃ esse a deo assumptus. Et subdit q̄ ly hō pōt teneri ꝑ ꝑsona vel pro natura: ⁊ ꝫm hoc diuersimode in diuersis ꝑpositionibus accipitur. Subiūgit etiā postea solutiones auctoritatum diuersoꝝ que videntur dicere q̄ homo sit assumptus: ⁊ q̄ xp̄s sit duo: ⁊ q̄ ꝑsona xp̄i non sit ꝯposita que omnia prime opinioni videntur consonare: ⁊ scđe opinioni obuiare: ⁊ ille solutiones patent in littera. Scđm tertiā opinionē ponit intellectū dictarū ꝑpositionum di. q̄ cū dicitur: de⁹ factus est homo: ⁊ deus est hō: ꝑ predicatū scꝫ ly homo denotatur solus habitus: vt sit sensus. deus habet hominē: vel est persona humanata: ⁊ q̄uis istam ꝯcedant. q̄ deus est humanatus. nō tñ cōcedunt q̄ homo est deificatus. Similiter licet bñ dicatur homo est deus: nō tñ pōt dici hō est dñic⁹: q̄r hoc btō Aug. nō placuit: imo postq̄ frequētius hoc dixerat primo retract. ca. xix. hoc ipsum retractauit: ⁊ sic vltimo oīa ista in duabus distinctionib⁹ istis disputatiue dicta magister non discutit: sed lectoris iudicio discutiēda derelinq̄t. Pro aliquali p̄dictoꝝ euidentia notādū est: q̄ p̄cedētes opiniones in q̄ttuor p̄ctis ꝯueniūt ⁊ in q̄ttuor differūt. Cōueniūt em̄ p̄mo in hoc. q̄ ponūt in xp̄o vnā ꝑsonā: ꝯ hereticū Nestoriū: q̄ ponit in xp̄o duas. Scđo in h̄ q̄ ponūt in xp̄o duplicē naturā. s. diuinā ⁊ hūanā cōtra errorē Euticij q̄ posuit post incarnationē in xp̄o ex diuina ⁊ humana natura vnā naturā factā ⁊ in hoc q̄ ponūt tres substātias in xp̄o: scꝫ corpus aīam ⁊ deitatē ꝯtra errorē Appollinaris q̄ posuit aīam nō esse a verbo assumptā: sed deitatē esse loco aie. Tertio ꝯueniūt in hoc q̄ ponunt verā carnē ⁊ verā aīam v̄bū assumpsisse: ꝯtra errorē Manichei qui posuit xp̄m h̄re nisi carnē fantasticam. Quarto in hoc ꝯueniūt: q̄ corp⁹ xp̄s ⁊ aīa nō fuerūt pri⁹ tpe q̄ assumpta fuerūt: ⁊ ꝯtra errorē quorūdā dicētiū: q̄ prius intelletus fuit assumptus ⁊ postea hōt quos narrat Dam. lib. iij. errasse. Similiter in q̄ttuor p̄ctis differūt p̄dicte q̄ttuor opiniones. Primo in h̄ q̄ p̄ma opinio ponit duo supposita in xp̄o. Scđa aūt ponit tm̄ vnū suppositū in eo qđ q̄dē idē suppositū ponit subsistere in duabus naturis. Tertia vero opinio lꝫ ponat tm̄ vnū suppositū in xp̄o tñ hoc in vna ip̄arū naturarū ponit nisi ꝑ accidēs subsistere: dicit em̄ q̄ q̄uis corpus xp̄i ⁊ aīa ad rōnem xp̄i ꝑtineāt: nō tñ suppositū xp̄i in eisdē subsistit cū illo supposito solū ab extrinseco vt testes q̄dam adueniūt. Scđo differunt q̄tū ad hoc q̄ p̄ma opinio dicit hoiem assumptū: scđa humanitatē: tertia vero nec ꝑprie hoiē nec humanitatē nisi solū ꝑ sinodochen. s. capiendo ꝑtes diuersas ꝑ toto. Tertio differūt: q̄tū ad hoc q̄ p̄ma ponit corp⁹ ⁊ aīam assumptas vel ꝑtes hois assūpti ⁊ nō ꝑsone assumētis. Vñ dicit q̄ ꝑsona assumēs nō sit eque simplex scꝫ post assumptionē vt añ fuit. Scđa opinio econuerso ponit eas assumptas vt ꝑsone assumentis: ⁊ nō hois assumpti q̄r ꝫm illā opinionē nō hō: sꝫ humanitas assūpta fuit. Vñ dicit q̄ ꝑsona q̄ āntea fuit simplex facta est cōposita quodāmodo. Tertia aūt ponit eas assumptas: nō ut ꝑtes hois assūpti: nec vt ꝑtes ꝑsone assumētis: sed solū vt quedā habitū exteriorē. Quarto differūt in hoc: q̄ prima opinio ponit q̄ xp̄s est aliq̄d ꝫm q̄ est hō: q̄r ponit eū fore quoddā suppositū a verbo assumptū: sed secūda dicit q̄ sit aliq̄d ꝫm q̄ natura humana: q̄r natura humana quā assumpsit p̄dicat̃ de eo ꝯcretiue. Tertia vero ponit q̄ xp̄s nō sit aliud ꝫm qđ est hō sed tm̄ aliquo mō se h̄ns: sicut hō indu⁹ aliter se hꝫ q̄ nudus. Vñ ꝫm p̄mā opinionē qñ dicit̃: filius dei ē hō tūc sensus ē q̄ fili⁹ dei ē aliq̄d homis suppositū sibi vnitū. Nā ꝫm istā opinionē xp̄s ꝫm q̄ hō vnū est et aliq̄d est. s. suppositū: sed nō est vnus vel aliq̄s. Cuius rō est: q̄r neutrū genus significat suppositum in

forme: masculinū v̄o gen⁹ p̄sonā. Vn̄ ꝯsequēter dici habet: ꝙ xp̄s est duo naturalit̄. s. suppositū: ⁊ nō nisi vnū masculine: q̄ꝛ nisi vna p̄sona Scd̄m scd̄am opinionē q̄n dicit̄: fili⁹ dei ē hō. tūc sensus est: filius dei est suppositū hoīs hn̄s humanitatē sibi vnitā: ⁊ sic s̄m istā opinionē xp̄s s̄m ꝙ ē hō etiaꝫ ē aliq̄d: q̄ꝛ est cōpositū ex aīa ⁊ corp̄e ꝯstitutū: ⁊ est etiā vn⁹ et vnum vnū em̄ est. s. in suppositū in vtraqꝫ natura subsistēs ⁊ vn⁹ ē: q̄ꝛ vna p̄sona. s̄m tertiā opinionē cū d̄r fili⁹ dei ē hō: tūc sensus ē: fili⁹ dei ē hūanitate indut⁹: ⁊ sic s̄m opinionē istā xp̄s nō ē aliq̄d s̄m q̄d est hō. sꝫ tm̄ aliquo mō se hn̄s: ⁊ sic etiā xp̄s ē vnū ⁊ vnus in vtraqꝫ natura: nō tn̄ p̄ se sed p̄ accidens. Prima istarū opinionū a modernis doctoribus dicit̄ falsa ⁊ erronea. Scd̄a v̄o catholica. Tertia v̄o est simpliciter heretica. vt patet extra de here. li. v §. Cū xp̄s. vbi Alexāder. iij. simplicit̄ anathematizauit oēs dicentes xp̄m s̄m ꝙ est hō nō esse aliq̄d Et tn̄ in speciali.

An diuina natura debeat dici nata de virgine. a

Di. VIII. Qualiter per vnionē diuersarū naturaꝝ in xp̄o fiat cōicatio ideomatū ⁊ ꝓprietatū respiciētiū naturam.

Post predicta inquiri debet: vtrū de natura diuina ꝓcedendū sit: ꝙ de virgine sit nata: sicut d̄r in virgine icarnata. Et videtur vtiqꝫ nō debere dici nata de virgine: cū nō sit nata de p̄re. Que enim res nō ē de p̄re genita nō dicit̄ de m̄re nata: ne res aliq̄ filiatōis nomē habeat i humanitate q̄ illud nō teneat in diuinitate. Videt̄ tn̄ posse ꝓbari: ꝙ sit nata de v̄gīe q̄ꝛ si h̄ ē nasci deū de v̄gine. s. hoīem assumere in vtero v̄ginis: cū natura diuina supi⁹ dicta sit hoīem assūpsisse: videt̄ debere dici nata. De h̄ ait Aug. i li. de fi. ad Petꝝ sic ait: Natura et̄na atqꝫ diuīa nō posset tp̄alit̄ ꝯcipi ⁊ nasci ex natura hūana: nisi s̄m susceptionē v̄itatis hūane verā tp̄alr̄ ꝯceptiōeꝫ ⁊ natiuitatē ieffabil'in se diuitas accepisset. Sic ē de⁹ et̄n⁹ v̄acit̄ s̄m tp̄s ⁊ ꝯcept⁹ ⁊ nat⁹ ex v̄gīe. Ista autoritate videt̄ insinuari ꝙ nā diuīa sit nata ⁊ ꝯcepta d̄ v̄gīe. Sꝫ si diligent̄ noꝝent̄ v̄ba poti⁹ d̄ p̄sona agi itelligit̄ q̄ sine dubitatiōe ⁊ d̄ p̄re ⁊ d̄ m̄re nata eē dici dꝫ.

Aug⁹. ca. j. circa mediū.

De gemina xp̄i natiuitate quibus natus est. b

Queri etiam solet vtꝝ debeat dici xp̄s bis genit⁹ vt d̄r dei ⁊ hoīs fili⁹? Ad q̄d dici p̄t xp̄m bis natū eē: duasqꝫ natiuitates habuisse. vn̄ Aug. in li. de fi. ad petꝝ. P̄r de⁹ de sua natura genuit filiū deū sibi coequalē ⁊ coeternū Idē qꝫ vnigēit⁹ de⁹ sc̄l'o nat⁹ ē ex p̄re semel: ex m̄re semel. Nat⁹ est em̄ de p̄re dei v̄bū. Nat⁹ ē d̄ m̄re v̄bū caro factū vn⁹ ꝙ atqꝫ idē dei fili⁹ nat⁹ ē an̄ secula: ⁊ nat⁹ in sc̄l'o: ⁊ vtraqꝫ natiuitas vni⁹ ē filij dei: diuina. s. ⁊ hūana. De h̄ etiā Joh. dam̄. ait Duas ḡ xp̄i natiuitates veneramur: vnā ex p̄re an̄ sc̄l'a q̄ ē sup cām et rōnem et tp̄s ⁊ naturā: ⁊ vnā q̄ in vltimis tp̄ib⁹ ꝑpter nos ⁊ s̄m nos ⁊ sup nos: ꝑpt nos: q̄ꝛ ꝑpter n̄ram salutē: s̄m nos: q̄ꝛ nat⁹ ē hō ex mlr̄ere: ⁊ tp̄e ꝯceptiōis. s. nouē mensium. Sup nos: q̄ꝛ ñ ex semīe: sꝫ ex sp̄ūscō ⁊ scā v̄gine supra legē ꝯceptōis. Ex his manifeste apparet xp̄i duas eē natiuitates cūdemqꝫ bis natum fore.

Aug⁹. ca. j. circa mediū.

Joh. Dam. lib. iij. ca. vi.

Ista ē distinctio. viij. hui⁹ tertij libri. In q̄ mgr̄ postq̄ egit d̄ ꝯditiōib⁹ seq̄ntib⁹ actū vniōis q̄ ad effectū ex ip̄a seq̄ntē: agit d̄ eisdē cōditiōib⁹ q̄ ad nām vnitē. Et tria circa h̄ fac̄ i istis duab⁹ distinctiōib⁹ seq̄ntib⁹ sit̄. Nā inq̄rit p̄mo an nā diuia i xp̄o possit dici nata. Scd̄a an rōne duplicis nāe xp̄s possit dici bis nat⁹. Tertia an xp̄i caro sit adorāda eadē adoratōe q̄ v̄bū. Primū fac̄ vsqꝫ ibi: Queri etiā solet. Scd̄m vsqꝫ ibi: Preterea iuestigari oportet: vbi incipit nona distictio. Tertiū subiūgit p̄ totā seq̄ntē distictionē. In sp̄āli sn̄ia mgr̄i i duab⁹ seq̄ntib⁹ distictiōib⁹ stat i trib⁹ ꝓpositiōib⁹ q̄ꝝ p̄ma ē hec: Natura diuia ꝓ v̄bi p̄sona d̄ v̄gine pōt dici nata. Hāc mgr̄ ex eq̄uo q̄rit. Vtꝝ nā diuia posset dici nata sic̄ i p̄cedētib⁹ pōt dici icarnata Et nō arguit ex h̄ ꝙ ip̄a non d̄r nata de p̄re natiuitate et̄na: ⁊ iō m'tomin⁹ dꝫ dici nata de v̄gine natiuitate tp̄ali. In oppositū arguit sic: Nām hūanā i vtero v̄gis assumere ē nasci d̄ v̄gine: sꝫ nā diuia assūpsit hūanā i vtero v̄gis ḡ ip̄a ē nata d̄ v̄gine. Et rn̄det ꝙ capiēdo naturā ꝓ p̄sona p̄t dici ꝙ natura diuia sit nata d̄ v̄gīe: sꝫ capiēdo nām ꝓ essentia minime debet dici nata: siue d̄ p̄re et̄nalit̄ siue de m̄re tp̄alit̄. Vn̄ vbicūqꝫ inuenit̄ dictuꝫ ꝙ nā diuia sit incarnata: siue nata d̄ p̄re vl̄ m̄re tūc p̄ nām sp̄ dꝫ intelligi p̄sona: ⁊ nō absolute eēntia. Scd̄a ꝓpositio est hec: Propt̄ duaꝝ nāꝝ i xp̄o ꝓprietates ponunt̄ eiusdeꝫ distincte natiuitates. Hāc mgr̄ ponēs q̄rit. Vtꝝ xp̄s debeat dici bis nat⁹ sic̄ d̄r fili⁹ dī ⁊ hoīs. Et rn̄det ꝙ ꝓpt̄ ꝓ̄pⁱetates duaꝝ nāꝝ i xp̄o: xp̄s p̄t dici bis nat⁹ seu h̄re duas natiuitates. Vn̄ hꝫ et̄nā natiuitatē a p̄re. s̄m quā ē p̄r coet̄n⁹ ⁊ an̄ sc̄l'a genitus ⁊ natiuitatē tp̄alē: q̄ ē a m̄re i sc̄l'o nat⁹: ⁊ ista cōfirmat mgr̄ autoritatib⁹ b̄ti Aug. ⁊ Joh. Dam̄.

De adoratiōe hūanitatis xp̄i. an adeꝫ sit adoratio humanitati et deitati exhibenda. a

Di. IX. Vtꝝ caro xp̄i sit adoranda adoratiōe latrie q̄ ē p̄prietas diuine nature.

Preterea iuestigari oportet: vtrū caro xp̄i ⁊ aīa vna eadēqꝫ cū v̄bo debeat adoratiōe adorari illa. s. q̄ latria d̄r: Si eni aīe vl̄ carni exhibet̄ latria q̄ itelligit̄ seruitus siue cultus soli creatori debit⁹: cum anima christi vel caro creatura tn̄ sit creature exhibetur quod soli creatori debetur quod facienti in idolatriā depu-

Quidā dicūt nō illa adoratiōe adorādū esse. De speciebus dulie.

tar. Jō q̄busdā videt̄ nō illa adoratiōe q̄ latria ē carnē xp̄i vl'aīaȝ eē adorādā: ꝫ illa q̄ ē dulia: cui⁹ duas spēs vl' modos eē dicūt. Est eñ cuiusdā mōi dulia q̄ creature cuilibet exhiberi pōt: ꝛ ē q̄dā soli hūanitati xp̄i exhibenda non alij creature: q2 xp̄i hūanitas sup oēm creaturā ē venerāda ꝛ diligenda. Nō tñ adeo vt cult⁹ diuinitati debit⁹ ei exhibeat̄: q̄ cult⁹ in dilectōe ꝛ sacrificij exhibitiōe atqꝫ reuerētia ꝯsistit: q̄ latine d̄r pietas: grece āt theosebia .i. dei cultus vel eusebia .i. bonus cultus.

Alioꝝ snīa q̄ vnaȝ adorationem vtriqꝫ exhibendā tradūt. b

Alijs autē placet xp̄i hūanitatē vna adoratiōe cū v̄bo esse adorādā: nō ꝑpt̄ se ꝫ ꝑpt̄ illū cui⁹ scabellū ē cui est vnita. Necqꝫ ip̄a hūanitas sola vl' nuda. ꝫ cū v̄bo cui ē vnita: nec ꝑpt̄ se: ꝫ ꝑpter illum cui est vnita est adoranda. Nec q̄ hoc facit idolatrie re⁹ iudicari pōt: q2 nec soli creature: nec ꝑpt̄ ip̄am: ꝫ creatori cū hūanitati ꝛ in hūanitati sua seruit. De h̄ Joh. dam. ita ait: Due sunt nature xp̄i: rōne ꝛ mō differētes: vnite v̄o ꝫm hypostasim. Vn⁹ g̊ xp̄s ē de⁹ ꝑfectus ꝛ hō ꝑfect⁹: quē adoram⁹ cū p̄re ꝛ sp̄ū vna adoratiōe cū incōtamiata carne ei⁹. Nō i adorabilē carnē dicētes. Adorat̄ eñ i vna v̄bi hypostasi: q̄ hypostasis generata est. Nō creature venerationē p̄bētes. Nō g̊ vt nudā carnē adoram⁹: ꝫ vt vnitā deitati i vnā hypostasim dei v̄bi duab⁹ reductis naturis. Timeo carbonē tāgere ꝑpt̄ ligno copulatuȝ ignē. Adoro xp̄i dei mei sil' vtrāqꝫ naturā: ꝑpt̄ carni vnitā deitatē. Nō eñ q̄rtā appono ꝑsonā in trinitate: ꝫ vnā ꝑsonā ꝯfiteor v̄bi ꝛ carnis ei⁹. His v̄bis īsinuari videt̄ xp̄i hūanitatē vna adoratiōe cū v̄bo eē adorādā. De h̄ etiā aug. ait ex ser. dn̄i vbi dic̄: Nō turbet̄ cor v̄r̄m ita dic̄. Dicūt heretici filiū nō natura esse deū ꝫ creatū. Quib⁹ r̄ndēdū ē q2 si fili⁹ nō est de⁹ natura ꝫ creatura: nec colēdus est oīno: nec vt de⁹ adorād⁹: dicēte ap̄lo: Coluer̄t ꝛ seruierūt poti⁹ creature q̄ꝫ creatori. Sꝫ illi ad h̄ replicabūt ꝛ dicēt. Quid ē q̄ carnē ei⁹ quā creaturā eē nō negas sil' cuȝ diuitate adoras: ꝛ ei nō min⁹ q̄ꝫ diuitati d̄ seruis. Ego dn̄icā carnē imo ꝑfectā i xp̄o hūanitatē iō adoro: q2 a diuitate suscepta ꝛ deitati vnita est: vt nō aliū ꝛ aliū: sed

Joh. dam.

Aug. omel. Joh. xliij.

Roma. j.

vnū eūdēqꝫ deū ꝛ hoīeȝ filiū dei eē ꝯfitear. Deniqꝫ si hoīeȝ sepaueris a deo: illi nūq̄ꝫ credo nec seruio: velut si q̄s purpurā vl' diadema regale iacēs iuēiat: nūq̄d ea conabit̄ adorare. Cū v̄o ea rex fuerit idut⁹ piculū mortis icurrit: si ea cū rege adorare q̄s ꝯtēpserit. Ita in xp̄o dn̄o hūanitatē nō solā vl' nudā: ꝫ diuitati vnitā .s. vnū filiū deū veꝝ ꝛ hoīem veꝝ si q̄s adorare ꝯtēpserit: eternalit̄ moriet̄. Idē sup ps̄. xcviij. vbi dicit̄: Adorate scabellū pedū ei⁹ q̄m sc̄m ē. Sciēdū q2 in xp̄o terra ē .i. caro q̄ sine ipietate adorat̄. Suscepit eñ de terra terram: q2 caro de terra est: ꝛ de carne marie carnē accepit: hec sine ipietate a v̄bo dei assumpta adorat̄ a nobis: q2 nemo carnē ei⁹ māducat nisi p̄us adoret ꝫ q̄ adorat nō terraȝ intuet̄: ꝫ illū poti⁹ cui⁹ scabellū ē ꝑpt̄ quē adorat. His autoritatib⁹ ꝑmisse iuestigatōis absolutio explicat̄.

Tertia ꝑpositio ē hec. Caro xp̄i inq̄tum v̄bo vnita: est adoratiōe latrie adorāda. Hāc mgr̄ insinuās q̄rit: vtrū hūana natura in xp̄o debeat eadē adoratōe adorari cū v̄bo cui vnita ē. Et r̄ndet circa hoc fore duas opiniōes: q̄ꝝ vna dic̄ q̄ nō: q2 adoratiōe latrie q̄ est cultus deo deditus vt creatori. ꝛ q̄ nlli creature exhiberi debet: ip̄e solus de⁹ adorari debet. Cū igit̄ caro vl' aīa v̄bo vnita sit vt creatura: pꝫ q̄ eadē adoratiōe cū v̄bo nō est adorāda. Est tñ p̄ ceteris creaturis rōnalibus simplr̄ ꝛ p̄cipue adorāda seu venerāda nō tñ vt honor diuitati exhibit⁹ ei ꝑ se attribuat̄ q̄ q̄dē cult⁹ exhibēdus ꝯsistit in amore ꝛ cordis dilectiōe: ꝛ bonorū tpaliū ꝛ sacrificioꝝ ꝛ mēbroꝝ exhibitiōe. ꝛ oīmoda reuerētia q̄ sibi minime exhibet̄. Alia opinio q̄ cōior est ꝛ verior apparet dicit q̄ hūana natura vnita diuie ꝑsone eadē adoratiōe q̄ diuina ꝑsona adorat̄: est pie adorāda ꝯsiderādo ip̄ naturā hūanā vt v̄bo vnitā ꝛ nō ab ip̄o sepatā. Nā q̄ eam sic adorat nō peccat: q2 eā nō adoret vt creaturā: sed vt vnitā diuie ꝑsone. Et istā opinionē mgr̄ ꝯfirmat autoritatib⁹ Aug⁹. ꝛ Damas. Et tñ in ip̄ali.

An xp̄s scōm q̄ homo sit ꝑsona vel aliquid. a

Dicet etiā a q̄busdā inq̄ri vtꝝ xp̄s ꝫm q̄ hō sit ꝑsona vel etiā sit aliq̄d. Ex vtraqꝫ pte hui⁹ q̄stiōis argumēta ꝯcurrūt. Q̄ eñ ꝑsona sit his differt rōnib⁹. Si ꝫm q̄ hō aliq̄d ē vl' ꝑsona: vl' suba: vl' aliud ē Sed aliud nō: ergo persona vel substantia si substātia est: vel rationalis: vel irrationalis: ꝫ non est irrationalis suba. ergo rōnal'. Si v̄o ꝫm q̄ hō ē rōnalis suba. g̊ ꝑsona: q2 hec est diffinitio ꝑsone: suba rōnalis idiuidue nature. Si g̊ ꝫm q̄ hō: est aliq̄d: ꝛ ꝫm q̄ hō ꝑsona est. Sꝫ ecōuerso si ꝫm q̄ hō persona est vel tertia in trini-

DI. X. De cōlcatiōe ideomatū ꝛ ꝓprietatum respicientium ꝑsonā ꝑut sonant in nobilitate .s. de ꝑsonali ꝯditiōe ꝛ filiali adoptōe Argumētatō de vtraqꝫ pte qōnis.

tate vł alia: ꝫ alia nō. ergo tertia in trinita te ꝑsona. At si ꝫm ꝙ hō ꝑsona est tertia in trinitate. ergo deus. Propter hec incōuenientia ⁊ alia: qdā dicūt xp̄m ꝫm hominē nō esse ꝑsonam: nec aliqd nisi forte: ꝫm sit exp̄ssiuū vnitatis ꝑsone. Scd̄m em̄ habz multiplicē rōnē. Aliqñ em̄ exp̄mit ꝯditionē vel ꝓprietatē diuine nature vel humane: aliqñ vnitatē ꝑsone: aliqñ notat habitū: aliqñ cāz. Cuius distinctiōis rōnē diligenter lector animaduertat: atq; in sinu mēorie recōdat: nec ei⁹ ꝯfundant̄ sensus: cū de xp̄o sermo occurrerit.

Et si xp̄s scd̄m ꝙ hō dicat̄ substātia rōnalis. non inde tñ sequit̄ ꝙ ꝑsona sit scd̄m ꝙ hō. b

Illud tñ nō sequitur

qd in argumētatiōe supiori inductum est. ꝙ si xp̄s ꝫm ꝙ hō ē sbstātia rōnalis: ergo ꝑsona. Nā ⁊ mō anima xp̄i ē sbstantia rōnalis: non tñ ꝑsona: q2 nō est ꝑ se sonās: imo alij rei ꝯiūcta. Illa tñ ꝑsone descriptio nō est data ꝓ illis trib⁹ ꝑsonis.

Alia ꝓbatio ꝙ xp̄s sit ꝑsona. c

Sed adhuc aliter

nitunt̄ ꝓbare xp̄m ꝫm hoīez esse ꝑsonā: q2 xp̄s ꝫm ꝙ hō p̄destinatus est vt sit dei filius: ꝫ illud ē qd vt sit p̄destinatus est: ergo si p̄destinatus est ꝫm ꝙ hō vt sit fili⁹ dei. ⁊ ꝫm ꝙ hō est fili⁹ dei. Ad qd dici potest xp̄m esse id qd vt sit p̄destiatus ē. Est em̄ p̄destinat⁹ vt sit filius dei ⁊ ip̄e vere est filius dei: ꝫ ꝫm hoīez p̄destinatus ē vt sit filius dei: q2 ꝑ gratiā habet hoc ꝫm hoīez. nec tñ ꝫm hoīez est filius dei: nisi forte ꝫm vnitatis ꝑsone sit exp̄ssiuuz vt sit sensus. Ip̄e q est hō est dei filius: vt aūt ip̄e ens homo sit dei filius ꝑ gratiā habet: ꝫ si causa notet̄ falsuz ē. Non em̄ quo homo est: eo dei filius est.

An xp̄s sit adoptiu⁹ fili⁹ scd̄m ꝙ hō vel alio mō. d

Si vo querit̄ an

xp̄s sit adoptiuus filius ꝫm ꝙ homo siue alio mō: rñdem⁹ xp̄m nō eē adoptiuū filiuū aliq mō ꝫ tm̄ naturalez: q2 natura fili⁹ dei ē: nō adoptiōis grā. Nō āt sic dicit̄ filius natura vt dicit̄ de⁹ natura. Nō em̄ eo filius est q deus ē: q2 natiuitate diuinitatis fili⁹ est: ⁊ tñ dicit̄ natura vł nature filius: q2 naturalit̄ est filius: eādē. s. hñs naturā quā ille q genuit. Adoptiu⁹ āt filius nō ē: q2 p̄us nō fuit: ⁊ postmodū adoptatus ē in filiū: sic nos dicimur adoptiui filij q2 cū nati fuerim⁹ ire filij: ꝑ grām facti sumus filij dei: xp̄s vo nūq̄ fuit nō fili⁹ dei: ⁊ ideo nō est adoptiuus filius.

Richardus.

Quare nō adoptiu⁹ fili⁹. Eph. ij.

Opinio ꝙ sit adoptiu⁹ fili⁹. e

Sed adhuc oppo

nit̄ sic. Xp̄s filius hoīs est. i. vginis: aut grā aut natura vel vtroq; mō. Si vo natura: aut diuia aut hūana. ꝫ diuina nō. ergo aut hūana natura aut non natura est fili⁹ hoīs. Si nō natura: ergo grā tm̄: ⁊ si etiā natura hūana: nō ideo minus ꝑ grāz. Si ergo grā fili⁹ hoīs ē: adoptiu⁹ fili⁹ esse videt̄ vt idez sit naturał filius p̄ris ⁊ adoptiu⁹ fili⁹ vginis. Ad qd dici pōt xp̄m filiū vginis esse ⁊ natura vł naturalit̄ ⁊ grā: nec tñ adoptiuus filius vginis ē: q2 nō ꝑ adoptionē: ꝫ ꝑ vnionē fili⁹ vginis esse dicit̄. Fili⁹ em̄ vginis dicit̄: eo ꝙ in vginē hoīez accepit in vnitatē ꝑsone: ⁊ h̄ fuit grē ⁊ non nature. vñ Aug⁹. sup Joh. ait: ꝙ vnigenit⁹ est eq̄lis p̄ri: nō ē grē ꝫ nature. Ꝙ autē in vnitatē ꝑsone vnigeniti assumptus ē hō grē est nō nature. Xp̄s ergo nec dei nec hoīs est adoptiu⁹ fili⁹: ꝫ dei naturalit̄: ⁊ hoīs naturalit̄ ⁊ grā fili⁹. Ꝙ vo naturaliter sit hoīs fili⁹ Aug⁹. oñdit in li. de fide ad Petrū. Ille. s. deus fact⁹ est naturalit̄ hoīs fili⁹ q est naturalit̄ fili⁹ vnigeīt⁹ dei patris. Ꝙ āt nō sit adoptiu⁹ fili⁹: ⁊ tñ grā sit fili⁹: ex sbditis ꝓbat̄ testiōnijs Hierony. sup eplāz ad Ephesios ait. De xp̄o iesu scp̄tū est: q2 sp̄ cū p̄re fuit: ⁊ nūq̄ eū vt esset voluntas paťna p̄cessit: ⁊ ille qdē natura fili⁹ est: nos vo adoptiōe. Ille nūq̄ non fuit fili⁹: nos anteq̄ essem⁹ p̄destinati sumus: ⁊ tūc sp̄m adoptiōis accepim⁹ qñ credidimus filiū dei. Hylarius q; in li. iij. de tri. ait: Dñs dicēs clarifica filiū tuū: non solo noīe ꝯtestatus est se esse filiū dei: ꝫ etiā ꝓprietate. Nos sumus filij dei: ꝫ non talis hic filius. Hic em̄ verus ⁊ ꝓprius est fili⁹ origine: non adoptione. veritate: non nūcupatiōe. natiuitate: non creatiōe. Aug⁹. etiā sup Johannem ait: Nos sumus filij gratia non natura: vnigenitus autem natura non gratia: an hoc etiam in ip̄o filio ad hominē referendū est? Ita sane Ambro. quoq; in. j. libro de tri. ait: Christus

Aug⁹.

Idē ca. fi. in ca medio.

Hiero. sup ad eph. j.

Hylari⁹.

Aug⁹.

Ambro⁹.

filius est nō ꝑ adoptionē ſ; ꝑ naturā: ꝑ adoptionē nos filij dicimur: ille ꝑ veritatē nature est. Ex his euidenter oſtendit ꝙ xp̄s nō sit fili⁹ grā adoptiōis. Illa em̄ grā intelligit cū Aug⁹. eū nō esse grā filiū asserit: grā em̄ ſ; nō adoptiōis: imo vniōis filius dei ē filius hoīs ⁊ ecōuerso.

Utrum persona vl̄ natura predestinata sit. f

Deinde si querit vtꝝ p̄destinatio illa quā cōmemorat ap̄ls sit de ꝑsona an de natura. Sane dici pōt ⁊ ꝑsonā filij q̄ ſꝑ fuit esse p̄destinatam ſm̄ hoīez assumptū: vt ip̄a. ſ. ens hō esset dei filius: ⁊ naturā hūanā esse p̄destinatā vt verbo patris ꝑsonaliter vniret.

Ista ē distinctio decima hui⁹ tertij libri. In q̄ mgr̄ postq̄ egit de ꝯditiōibus ꝯseq̄ntibus actū vnionis q̄ ad naturā vnientē ⁊ vnitam. Agit de ꝯditionibus eiusdē quo ad ꝑsonā in q̄ dicimus vnionē esse factā. Et tria facit. Primo enim agit de ꝑsonalitate q̄ ꝑtinet ad dignitatem nature. Scd̄o de adoptiōe q̄ ꝑtinet ad dignitatē grē. Tertio de p̄destinatiōe q̄ attinet dignitati glīe. Primū vsq; ibi: Si vo q̄rit. Scd̄m vsq; ibi: Deīde si q̄rit. Tertiū vsq; ad finē distinctōis. In sp̄ali sn̄ia mgr̄i stat in trib⁹ ꝓpositiōib⁹: quaꝝ p̄ma ē hec. Quāuis xp̄s vt hō sit hūane nature īdiuidua substātia. idē tn̄ ſm̄ ꝙ hō nō ē aliq̄ ꝑsona. Hāc insinuās magr̄ q̄rit. Utꝝ xp̄s ſm̄ ꝙ hō ꝑsona sit. Et ꝙ sit ꝑsona arguit sic. Nā xp̄s ſm̄ ꝙ hō est aliq̄d: aut igit̄ est substātia aut aliud: nō aliud: ergo substātia: ſ; nō substātia irrōnalis. ergo rōnalis. cū ergo oīs substantia rōnalis sit ꝑsona: q̄ ſm̄ Boetiū: ꝑsona ē rōnalis nature īdiuidua substātia: sequit̄ xp̄m ſm̄ ꝙ hō esse ꝑsonā. In ꝯ̄riū arguit sic. Si xp̄s ſm̄ ꝙ hō cēt ꝑsona: ip̄a esset tertia ꝑsona in trinitate ⁊ nō alia: sed cū illa sit de⁹: sequit̄ xp̄m ſm̄ ꝙ hō esse deū ꝯsequens est falsum: igit̄ illud ex quo sequit̄ seu infert ſ; hoc est assumptū. ergo ⁊c̄. Et r̄ndēs magr̄ dicit nō esse ꝯcedēdū xp̄m ſm̄ ꝙ hō cē ꝑsonā: q̄ dato ꝙ sic: tūc v̄bū nō naturā: ſ; ꝑsonā assumpsisset: qđ est falsum: iō xp̄s ſm̄ ꝙ hō nō est dicendus ꝑsona vel aliq̄s nisi forte ista ꝓpositio ſm̄ exp̄sse ꝯnotaret vnitatē ꝑsone. ⁊ hoc ꝑ; in lr̄a vbi etiā ponit mltiplicē acceptionē hui⁹ ꝓpositiōis. Postea magr̄ soluit argumētū factū in oppositū: dicēs istā ꝯsequentiā nō valere xp̄s ē substātia rōnalis. ergo ē ꝑsona: q̄ ꝑsona dicit̄ q̄si res ꝑ se sonās ⁊ nō alteri cōiuncta: qđ nō ē veꝝ de natura hūana in xp̄o. Ex alio etiā dicit ꝯseq̄ntiā illam nō valere: q̄ diffinitio ꝑsone in argumēto allegata non cōuenit diuis ꝑsonis: licet alijs bn̄ cōueniat: ⁊ sic relinq̄t nō fore ꝯcedendū ꝙ xp̄s ſm̄ ꝙ hō sit ꝑsona. Cōtra hoc iteꝝ opponit sic Xp̄s ſm̄ ꝙ hō ē p̄destinatus vt sit filius dei: ſ; ſm̄ ꝙ est filius dei ē ꝑsona: igit̄ ſm̄ ꝙ est hō est ꝑsona. Et r̄ndēs magr̄ dicit āncedēs esse multiplex: q̄ ly ſm̄ cū reduplicatiōe pōt cadere: vel suꝑ p̄destinatiōnē: ⁊ sic assumptū ē veꝝ: sed argumentū nō valet vel pōt cadere suꝑ filiationē: ⁊ sic argumētū est bonū ſ; assumptū est falsum. Scd̄a ꝓpositio ē hec. Filius v̄ginis tꝑalis nō est dei filius adoptiuus ſ; naturalis. Hāc magr̄ p̄cedēs q̄rit. Utꝝ xp̄s ſm̄ ꝙ hō sit filius adoptiuus. Et r̄ndet xp̄m esse filiū nō adoptiōe: ſ; natura: nō tn̄ dicit̄ sic filius natura: sicut dicit̄ deus natura diuinitatis: filius v̄o naturaliter ꝓprietate natiuitatis: vel dicit̄ deus natura formaliter: ⁊ fili⁹ natura originaliter. Et ꝙ nō ē fili⁹ adoptiuus patet: q̄ p̄us nō fuit nō filius: ⁊ postea in filiū adoptatus: sicut homīes in filios adoptant̄: sed semꝑ fuit filius. ergo nō adoptiuus. Sed ꝯ̄ hoc arguit sic. Xp̄s est filius dei natura: ⁊ filius virginis ꝑ generationē: cū igit̄ esse filiū ꝑ grāz sit esse filium adoptiōe: videt̄ certe ꝙ ſm̄ ꝙ hō sit fili⁹ adoptiu⁹. Et r̄ndet ꝙ l; sit filius v̄ginis simul ꝑ naturā ⁊ gratiā vnionis: ex hoc tn̄ nō pōt dici fili⁹ adoptiu⁹: cū; nō sit filius v̄ginis ꝑ grām adoptiōis: ⁊ hoc ꝓbādo mgr̄ allegat sctōꝝ autoritates. Tertia ꝓpositio est hec. Fili⁹ dei q̄ ſm̄ ꝙ deus ē ꝓ nr̄a salute tꝑalit̄ incarnatus: ⁊ ſm̄ ꝙ hō eternalit̄ p̄destinat⁹. Hāc magr̄ insinuās q̄rit. Utꝝ natura vel ꝑsona in xp̄o fuit p̄destinata. Et r̄ndēdo dicit ꝙ vtrūq;: nā ꝑsona fuit p̄destinata: vt. ſ. ens hō fieret filius dei ⁊ similiter natura vt vniret̄ v̄bo dei in vnitate ꝑsone. Et tm̄ de sn̄ia hui⁹ distinctiōis in speciali.

Utrum xp̄s sit creatura vel creatus vel factus. a

Olet etiā queri vtꝝ debeat simplr̄ dici atq; cōcedi xp̄m esse factū vel creatum vel creaturā. Ad qđ dici pōt: hoc simplr̄ ⁊ absq; determinatione minus cōgruenter dici. Et si q̄nq; breuitati cā simplr̄ denunciet̄: nunq̄ tn̄ simplr̄ debet intelligi. Quia vt Aug⁹. in. j. li. de tri. ait. Cum de xp̄o loq̄mur q̄d ſm̄ q̄d ⁊ ꝓpt̄ q̄d dicat̄: prudēs ⁊ diligēs ac pius lector itelligere debet. Qui xp̄m vl̄ dei filiū nō esse factū vl̄ creaturā: in. j. li. de tri. ōndit ita inquiens. In p̄ncipio erat v̄bū: ⁊ verbū caro factū ē: ⁊ oīa ꝑ ip̄m facta sunt. Neq; dicit oīa nisi q̄ facta sunt. i. oēz creaturā. Un̄ liquide apparet ip̄m factū nō esse: ꝑ quem oīa facta sunt: ⁊ si factus nō est: creatura nō est. Si āt creatura nō est: eiusdē cū patre sb̄stātie ē. Ois em̄ sb̄stātia q̄ deus nō est: creatura est: ⁊ q̄ creatura nō est: deus est. S; si fili⁹ nō ē eiusdē sb̄stātie cui⁹ pat̄: ergo facta substātia est: ⁊ si facta sb̄stātia est: nō oīa ꝑ ip̄m facta sunt. At oīa ꝑ ip̄m facta sunt: facta ergo sb̄stātia non est: sed vna cū p̄re infecta sb̄stātia est. Itē in eodē. Si vl̄ filiū fecit pater quē nō fecit ipse filius nō omnia ꝑ filiū; facta sunt. At omnia ꝑ filiū facta sunt. Ip̄e ergo factus nō est: vt cū patre faceret oīa que facta sunt. Idē in libro. lxxxiij. q̄stionū. Dicit̄ creatura quicquid fecit deus pater ꝑ filium: q̄ non pōt appellari creatura: q̄m ꝑ ip̄m facta sunt oīa. Ambro. in. j. libro de trinita. Probemus inquit creaturam nō esse dei

DI. XI De cōicatione ideomatum ⁊ ꝓprietatū respicientiū ꝑsonā ꝑut sonat idefectibilitatē: vt p̄destīatio: creatio: īceptio. Aug⁹. ca. vj.

Ambrosius

filiū. Audiuimꝰ eñ in euāgelio dñm mandasse discipulis. Predicate euāgeliū vniuerse creature. Qui vniuersam creaturā dicit nullā excipit: ⁊ vbi sunt q̄ creaturā xp̄m appellāt? Nā si creatura eēt: sibi mādaret euangeliū p̄dicari: ⁊ subiectus esset vanitati: q᷑ testante ap̄lo: Omnis creatura vanitati s̄biecta est. Nō ergo xp̄s creatura est ꝫ creator: q̄ docende creature discipulis mandat officiū.

Marci vltio.

Roma. viij.

De pfidia ⁊ pena arrij. b

Arrij hec fuisse pfidia legit̄ vt xp̄m creaturā faceret. Jdeo effusa sunt arrij viscera atq; crepuit medius ꝓstratus in faciē: ea q̄bus xp̄m negauerat feda ora pollutus. His alijsq; pluribus testimonijs instruimur nō debere fateri simpliciter xp̄m esse factū vel creaturā: ꝫ addita determinatione recte dici pōt vt si dicat̄ factus ꝫm carnē vł ꝫm hominē: vt factura hūanitati: non deo attribuat̄. Ut eñ ait Ambro. in. j. li. de trini. Nō deꝰ factus est: ꝫ deus dei filius natꝰ est: postea vo ꝫm carnē hō factus ex maria est. Misit eñ deus filiū suū factū ex muliere: factū s̄b lege filiū inquit suū. s. nō vnū de multis. Cum dicit suū: generationis eterne ꝓprietatē signauit. Postea factū ex muliere asseruit: vt factura nō diuinitati: ꝫ assumptioni corporis ascriberet̄. Factū ꝙ ex muliere dicit: ꝓpter carnis susceptionē: s̄b lege: ꝓpter obseruantiā legis. Generatio generatōi nō p̄iudicat nec caro diuinitati. Deꝰ eñ eternꝰ incarnationis sacrm̄ suscepit nō diuiduus ꝫ vnus ⁊ in vtroq; vnus. s. diuinitate ⁊ corpe. Nō eñ alter ex patre: alter ex virgine: ꝫ idē aliter ex patre: aliter ex virgine: q̄ factus est ꝫm nr̄e susceptiōeꝫ nature: nō ꝫm eterne s̄bstātiā vite: quē legimus p̄mogenitū ⁊ vnigenitū. Primogenitū: q᷑ nemo añ ipm. Unigenitū: q᷑ nemo post ipm. Ex his euidēter tradit̄ q̄ intelligētia accipiendū sit cū dicit̄ xp̄s factꝰ: vel simplicit̄ vel cū additamēto: vt factura. s. vel creatura nō ad assumētē deū: ꝫ ad assumptū hoīeꝫ referat̄. Jn deo eñ creatura eē nō pōt: vt Ambro. ait. j. li. de tri. Nunq̄d dico factꝰ est xp̄s? Nunq̄d mādato creatus ē xp̄s? Quomō autē creatura esse in deo potest. Et eñ deꝰ nature simplicis est nō ꝯiuncte atq; cōposite: cui nihil accidat: ꝫ solū qd̄ diuinū ē in natura habeat sua. Et si ergo xp̄s ꝫm hoīeꝫ dicit̄ creatura: non tñ simplicit̄ p̄dicādus ē creatura. Nec ex eo ꝙ xp̄s ꝫm hoīeꝫ dicit̄ esse creatura pōt q̄s ꝓgredi sic argumentando. Si ꝫm ꝙ hō xp̄s ē creatura: vł rōnalis vł nō: vel q̄ est deꝰ vł nō. nitēs p hoc ꝓbare xp̄m esse aliq̄d nō diuinū: q᷑ qd̄ ipe ē ꝫm hoīeꝫ ipe ē. Et iō si ꝫm hoīeꝫ est aliq̄ s̄bstātia nō diuina: est vtiq; aliq̄d nō diuinū. Sed ex tropicis locutionibus nō est recta argumentationis ꝓcessio. Jlla aūt locutio tropica est qua xp̄s dicit̄ creatura: vł simpliciter vel cum adiunctione.

Ambrosius

Gal. iiij.

Ambrosius.

Jsta ē distinctio vndecima huiꝰ tertij libri. Jn q̄ magister postq; egit de ꝯditiōibus ꝯsequētibus ex actu vnionis ad dignitatē psone ptinētibus: agit de ꝯditionibus ad defectū spectantibus. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit xp̄m nō debere dici creaturā simpliciter ⁊ absolute. Secundo oñdit ꝙ pōt dici creatura cū certa tñ determinatiōe. Tertio aūt excludit obiectioneꝫ q̄ posset fieri in ꝯriū. Primū vsq; ibi: His alijsq;. Secundū vsq; ibi: Et si ergo xp̄s. Tertiū vsq; ad finē distinctionis. Jn speciali sentētia magistri stat in tribus ꝓpositiōibus: quaꝝ prima est hec. Licet psona verbi sit hypostatice in humana natura. absolute tamen loquēdo xp̄s nō est creatura. Hāc magister insinuans querit. vtꝝ sit ꝯcedendū ꝙ xp̄s debeat dici factus vel creatus vel creatura. Ad quā questioneꝫ respondendo dicit: ꝙ nullo mō simpliciter debeat dici ꝙ sit factus vel creatus vel creatura: qd̄ diuersis sanctoꝝ autoritatibus ꝓbat in lr̄a: quoꝝ q̄dam dicunt. Ex quo p ipm facta sunt omnia. non potest dici factus. ⁊ p ꝯsequens nec creatura. Alij vo dicunt. Si ipe fuisset creatura: mandatum sibi fuisset euangeliū p̄dicari: cum in euangelio dicat̄. Predicate euangeliū omni creature. Alij vo asserūt. Si esset creatura esset subiectus vanitati: cū ap̄lus dicat omnē creaturā vanitati esse subiectam: que omnia absurda sunt: ⁊ p ꝯsequēs simpliciter loquēdo xp̄s nō est creatura. Scd̄a ꝓpositio est hec. Quāuis simplicit̄ loquendo nō sit ꝯcedendū: xp̄s est factus vel creatura: pōt tñ hec ꝓpositio ꝯcedi cū determinatiōe sumpta. s. dicendo sic: xp̄s ꝫm naturā assumptā est creatura. vł xp̄s ꝫm ꝙ homo incepit esse. Qd̄ ꝓbat diuersis sctōꝝ autoritatibus. Tertia ꝓpositio ē hec. Quāuis sit ꝯcedendū ꝙ xp̄s ꝫm humanā naturā sit factus vel creatura. ex hoc inferri nō debet ꝙ sit creatus simpliciter: cū ibi argueret̄ a locutione in tropi figura. Hec ꝓpositio patet p hoc ꝙ arguit̄ sic. Xp̄s ꝫm ꝙ homo est creatura. igit̄ xp̄s est creatura: q᷑ arguit̄ a ꝓpositione seu locutiōe que est in figura tropi: vbi videlicet illud qd̄ est partis attribuit̄ toti: qualis modus arguēdi nō valet. Et tm̄ in speciali.

An homo ille semper fuerit vł ceperit esse. a

Di. XII

Quō xp̄i incarnatio ordinat̄ ad nostrā redēptionē q̄ntū ad genus nature aisūpte: vtꝝ. s. fuerit de genere ade.

Post predicta querit̄ vtꝝ hō ille ceperit esse vel semp fuerit: sicut simpliciter enūciamus xp̄m vel dei filiū semp fuisse: nec cepisse. De hoc Augꝰ. ita inq̄t su-

Aug. sup Johannem. per Joh. Habuit aliquando dei filius quod nondum habuit idem ipse homo dei filius: quia nondum erat homo. Item idem in eodem. Priusquam mundus esset nec nos eramus: nec ipse mediator dei et hominum homo christus iesus. Idem sup ps. Idem sup psal. Christus nunc et si forte homo recens est: tamen est eternus deus. Alibi vero legitur quod puer ille creauit stellas. Et christus dicit se esse principium: et esse ante abraam. His ergo aliisque autoritatibus in nullo resultantes dicimus hominem illum inquantum homo est cepisse: inquantum verbum est semper fuisse. Hic enim absque distinctione non est referenda responsio. Nam et ipse Augustinus huiusmodi vtitur distinctione in pluribus locis: dicens per christum omnia esse facta inquantum verbum est. Secundum illud vero quod homo est ipsum esse factum et glorificatum. Si ergo ad personam respicias: confidenter dic hominem illum semper fuisse. Si vero ad naturam hominis: concede eum cepisse.

Si deus alium hominem assumere potuit vel aliunde quam de genere ade. b

Solet etiam queri vtrum alium hominem vel aliunde quam de genere illius ade deus assumere potuerit. Responsio. Ad quod sane dici potest ipsum aliam animam et aliam carnem potuisse assumere: quia gratia tantum assumpta est anima illa et caro a verbo dei. Augustinus. Ut enim ait Augustinus. In rebus per tempus ortis illa summa gratia est quod homo in vnitate persone coniunctus est deo. Potuit ergo deus aliam animam et aliam carnem sumere: et carnem vtique aliunde quam de genere adam. Unde Idem Augustinus in li. xiij. de trini. Potuit itaque deus hominem aliunde suscipere: in quo esset mediator dei et hominum: non de genere illius adam qui peccato suo obligauit genus humanum sicut ipsum quem primo creauit: non de genere alicuius creauit. Poterat ergo vel sic vel alio quo vellet modo creare vnum alium de quo vinceretur victor prioris. Sed melius iudicauit et de ipso quod victum fuerat genere assumere hominem per quem hominis vinceret inimicum: et tamen ex virgine cuius conceptum spiritus non caro: fides non libido preuenit nec interfuit carnis concupiscentia qua ceteri concipiuntur qui originale trahunt peccatum: sed credendo non concumbendo facta est fecundata virginitas. Ex his apte ostenditur et alium et aliunde hominem deum assumere potuisse.

Si homo ille potuit peccare vel non esse deus. c

Ideo non immerito queritur. Utrum homo ille potuerit peccare vel non esse deus. Si enim potuit peccare: et potuit damnari. Si potuit damnari: potuit non esse deus. Ergo si potuit peccare: potuit non esse deus: quia esse deum et posse velle iniquitatem simul esse nequeunt. Hic distinctione opus est: vtrum de persona an de natura agitur. Si enim de persona agitur manifestum est quia peccare non potuit: nec deus non esse potuit. Si vero de natura discutiendum est vtrum agatur de ea vt verbo vnita an de ea tanquam non vnita verbo. Et tamen enti: id est an de ea secundum quod fuit vnita verbo: an de ea secundum quod esse potuit et non vnita verbo. Non est enim ambiguum animam illam entem vnitam verbo peccare non posse: et est sine ambiguitate verum eandem si esset et non vnita verbo: posset peccare.

Quorundam opinio quod potuerit etiam vnita peccare. d

Quidam tamen probare conantur etiam eam vnitam verbo posse peccare: quia liberum arbitrium habet: et ita potest flecti in vtramque partem: quod friuolum est: cum et angeli liberum arbitrium habeant: et tamen gratia adeo sunt confirmati vt peccare nequeant. Quanto magis ergo ille homo cui spiritus est datus sine mensura. Inducunt quoque autoritatem ad probandum idem. Scriptum est enim in lib. Sap. Qui potuit transgredi et non est transgressus: facere malum et non fecit. Ecci. xxxij. Sed hoc accipiendum est secundum membra: vel partim de capite: partim de membris. De capite: non est transgressus: et non fecit malum. De membris: potuit transgredi: et facere malum.

Si deus potuerit assumere hominem in sexu muliebri. e

facile iudiciũ: an vnꝰ ⁊ idez motꝰ sit erga amicũ ⁊ inimicũ: sz erga amicũ intensior: an duo: vnꝰ erga inimicũ: q̃ dr̃ difficilior alter erga amicũ q̃ videt̃ feruentior: nec incõgrue putat̃ melior q̃ ẽ feruẽtior. Uel si vnꝰ idẽq; est idem potior vbi est ardẽtior: nõ improbe extimat̃. Augꝰ. tñ sentire videt̃ maius esse diligere inimicum q̃ amicum q: pfectorũ esse dicit diligere inimicos et benefacere eis: neq; hoc a tanta multitudine impleri q̃nta exaudit̃ in oratione dñica cum dr̃: Dimitte nobis debita nr̃a sicut ⁊ nos dimittimꝰ debitoribus nr̃is. Jllã em̃ spõsionẽ dicit a multis ipleri qui nõdum diligunt inimicos. Ait em̃ sic: Magnũ est ḡ eum qui tibi nihil mali fecerit esse beniuolum ⁊ beneficum: illud multo grandiꝰ ⁊ magnificẽtissime bonitatis est: vt tuũ q̃ inimicũ diligas: ⁊ ei q̃ tibi malum vult et si põt facit: tu semp bonũ velis faciasq; qd̃ possis: audiẽs dicentẽ iesum: Diligite inimicos vr̃os et bñfacite his q̃ odiunt vos: et orate p psequẽtibus ⁊ calumniantibꝰ vos. Sz qm̃ pfector filior dei est istud: q̃ quidẽ se debet ois fidel̃ extẽdere: ⁊ hũanũ animũ ad hũc affectum orando deum secumq; agendo luctãdoq; pducere: tñ q: hoc tam magnũ bonum tãte multitudinis nõ est q̃ntã credimus exaudiri cum dr̃ in oratione: Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribꝰ nr̃is. proculdubio verba sponsiõis huiꝰ implent̃ si homo q̃ nõdum ita pfecit vt etiã diligat inimicũ: tamẽ quãdo rogat̃ ab homine qui peccauit i eum vt ei dimittat: dimittit ex corde qui etiã sibi roganti vult dimitti: cũ orat et dicit: sicut ⁊ nos dimittimꝰ debitoribꝰ nr̃is. Quicunq; vero rogat hominem in quẽ peccauit si pctõ suo mouet̃ vt roget: nõ est adhuc deputãdus inimicꝰ: vt eum diligere sit difficile: sicut erat qñ inimicitias exercebat. Quisq̃s vo rogãti ⁊ penitẽti nõ dimittit nõ estimet a dño sua pctã dimitti: q: mẽtiri veritas nõ potest: q̃ cuz docuisset orationẽ hãc in ea positã sentẽtiã cõmẽdauit dicẽs: Si dimiseritis hominibꝰ pctã eor dimittet ⁊ vobis pater vester. Si vo nõ dimiseritis: nec pat̃ vester dimittet vobis pctã vr̃a. Ecce hinc haberi videt̃ qd̃ ⁊ ptaxauimꝰ .s. maioris vtutis esse diligere inimicũ ⁊ bñfacere ei q̃ illũ q̃ nihil mali fecit nobis vel amicũ. Qd̃ si q̃s ɔcedere simpliciter noluerit dicẽs intẽsius diligit̃ amicꝰ q̃ inimicus: et ideo illud potius isto: determiet ista sm̃ premissam intelligentiã dicens: ibi cõparationez factam inter dilectionẽ qua diligitur tm̃ amicus ⁊ illã qua amicus et inimicus diligit̃. Jllud vo qd̃ sequit̃ magis nos mouet q sc; dicit nõ esse tãte multitudinis diligere inimicos quanta exaudit̃ cuz dicit̃: Dimitte nobis debita nr̃a ⁊c̃. vbi dat intelligi q alicui a deo dimittuntur pctã nõ diligẽti inimicũ: si tñ fratri rogãti q̃ in se peccauit dimittit. Sz cuz pctã nõ dimittant̃ alicui adulto nisi charitatẽ habeat sequit̃ vt charitatẽ habeat q̃ ñ diligit inimicũ. Quõ ḡ noĩe proximi omis homo intelligit̃ in illo mãdato: Diliges pximũ tuum sicut teipsum. Si enim ois homo pximꝰ est: tũc inimicus. p̃cipimur ergo ⁊ inimicos diligere. Et q: illud preceptũ generale ẽ oibꝰ: p̃cipit̃ oẽs hoies diligere etiã inimicos. Quidã qd̃ hic dicitur simpliciter tenere volẽtes illud p̃ceptum determinant dicẽtes: illic perfectis dari in p̃ceptum diligere omnẽ hominẽ etiam inimicum: minoribus vo in consilium. Jn preceptum vo eos diligere qui nihil mali fecerũt eis et inimicos nõ odire. Sed melius est vt intelligat̃ omibus illo mãdato p̃cipi cunctos diligere etiaz inimicos: cui sensui attestantur superius posite autoritates et alie multe. Jllud vo Aug. nouissime positum de perfecta charitate dictum intelligitur que tm̃ est perfectorum: qui nõ solũ amicos sed etiã inimicos pfecte diligũt eisq; benefaciũt. Que perfectio dilectiõis nõ est tãte multitudinis: q̃ta exaudit̃ in orõne dñica: et hoc reuera grãde ẽ ⁊ eximie bonitatis sc; pfecte diligere inimicũ. Jta ⁊ cũ dicit impleri verba illius sponsionis ab homine: qui nõ ita pfecit vt diligat inimicum: de dilectione perfecta accipiendũ est.

Aug. i enchiridion.
Matth. vj.
Jn enchiri.
Matth. v. Luc. vj.
Matth. vj.
Matth. vj.
Matth. xxij. Deut. vj.

Jsta est distinctio. xxx. huiꝰ tertij libri: in qua magister postq̃ egit de ordine charitatis sm̃ q̃ntitatẽ motus: agit de ea sm̃ quãtitatez meriti: ⁊ tria facit. Nam primo circa propositũ mouet quandam dubitationẽ. Secundo replicat contra ipsius determinationẽ. Tertio remouet quãdã incidentem dubitationẽ. Primũ vsq; ibi: Augꝰ. tñ sentire. Scdm̃ vsq; ibi: Jllud vero quod sequitur. Tertiũ vsq; ad finẽ distinctiõis. Jn spãli snia magistri stat in tribꝰ ppositionibus quarũ prima est: Magis meritoria est dilectio qua amicus diligit̃ q̃ qua inimicus diligitur. Jstam magister intẽdẽs querit: vtrũ sc; diligere amicum sit maioris meriti q̃ diligere inimicũ. Et soluendo questionẽ dicit: q si fiat cõparatio dilectiõis amici p se ex vna pte ad dilectionẽ amici ⁊ inimici sil' ex alia pte tũc plana ẽ q̃stiõis solutio: cũ nõ sit dubium quin diligere amici

cum et inimicum simul sit maioris meriti ꝙ̃ diligere amicũ tm̃. Sed si fiat comparatio dilectionis amici ex vna parte ad dilectionẽ inimici ex alia parte: tunc euidentia responsionis ad questionẽ est magis obscura q: nõ potest faciliter videri an sit idem motus dilectiõis qua diligitur amicus ⁊ inimicus: vel sit alius et alius. Sed siue sit vnus siue duo: nõ videtur inconuenienter posse dici ꝙ dilectio amici sit magis meritoria: eo ꝙ sit maioris feruoris.

Scḋa propositio est hec: Aug. videtur dicere ẜm quorundam opinionem dilectionem qua inimicus diligitur ꝙ̃ qua amicus meliorem. Hanc magister ponit obijciendo autoritatem beati Augu. contra predictam immediate qua videtur asserere ꝙ diligere inimicum: sit magis meritorium ꝙ̃ diligere amicum: quam dicit esse intelligendam ẜm primam partem distinctionis premisse ꝙ. scʒ bti. Aug. loquitur ẜm comparationem dilectionis amici ⁊ inimici simul sumptis ad dilectionem amici ꝑ se ꝑcise acceptam. Tertia ꝓpositio est hec: A mgr̃o non negatᷣ ꝙ alicui sine ꝑfecta dilectiõe inimicoꝝ peccatum dimittatᷣ. Istã mgr̃ ponens mouet quoddã dubiũ ex verbis beati Augu. qui dicit ꝙ diligere inimicos nõ impletᷣ in tanta multitudine quãta in oratione dominica exauditᷣ. Ex quo videtᷣ ꝙ alicui nõ diligẽti inimicũ dimittatᷣ peccatũ a deo et vlterius cum peccata non dimittantur alicui adulto nisi charitatẽ habeat: sequitᷣ ꝙ aliquis non diligens inimicũ habeat charitatẽ: qḋ nõ videtᷣ esse verũ: q: cum precipitᷣ dilectio proximi intelligitᷣ noĩe ꝓximi oĩs homo siue amicus siue inimicus. Ad istud dubium magister respondendo dicit quorundã opinionem fore aliquos habere charitatẽ et tamẽ nõ diligere inimicos: dicũt enim preptũ de dilectione inimicorum solum perfectionis esse ꝑceptuʒ. Imperfectis aũt seu minoribus tãtũ esse cõsiliũ ita ꝙ nihil plus sit eis preceptum nisi nõ odire inimicos: sʒ ista opinio ⁊ solutio magistro nõ placet: ideo aliter respondendo dicit ꝙ preceptũ illud de dilectione inimicorum sit datum oĩb⁹ quasi preceptũ. Et ad beatũ Augustinũ dicentem ꝙ diligere inimicos sit perfectorũ respondendo dicit ipsuʒ velle dicere ꝙ diligere inimicos charitate ꝑfecta sit tantũ ꝑfectoꝝ: per hoc tamen non excluditur quin alij nondũ perfecti inimicos diligere teneantᷣ. Similiter intelligendũ est dictũ suum: ꝙ scʒ in oratione dominica aliqui exaudiuntur qui nõ diligunt inimicos .i. qui non diligũt eos charitate perfecta. Et tm̃ de sententia huius distinctionis in speciali.

Di. XXXI De charitate q̃tũ ad durationem.

Si charitas semel habita amittatur.

a

Illud quoqʒ nõ ꝑtereundum ꝙ quidã asserũt charitatẽ semel habitaʒ ab aliquo nõ posse excidere: nullũqꝫ dãnandum hãc aliquãdo habere: qui hãc traditionẽ ẜb dictis muniũt testimonijs. Apostolus ait: Charitas nũqꝫ excidet. Aug. etiã inquit: Charitas que deseri põt: nũqꝫ vera fuit. Itẽ. Charitas est fons ꝓprius ⁊ singularis bonorũ: cui nõ communicat alien⁹. Alieni sunt oẽs q̇ audituri sũt nõ noui vos. De hoc fonte scriptura ait: Fons aque viue sit tibi proprius ⁊ nemo alienus cõmunicet tibi. Si aũt alieni sũt qui audituri sunt illã vocẽ: nõ ergo huic fonti cõicant damnãdi. Item Aug⁹. sup epistolã Johãnis. Radicata ẽ charitas securus esto: nihil mali ꝓcedere põt. Itẽ Greg. in moralibus. Valida est vt mors dilectio: virtuti em̃ mortis dilectio cõparatur: quia nimirũ mentẽ quã semel ceperit: a dilectiõe mũdi occidit Item Aug⁹. sup eplam Johãnis. Unctio inuisibilis charitas est: que in quocunqꝫ fuerit radix illi erit: que ardẽte sole arescere non potest: nutritᷣ calore solis nõ arescit. Itẽ Beda super Johãnẽ. Querendũ ẽ quomodo speciale filij di agnoscẽdi signũ fuerit ꝙ sup eũ descẽderit ⁊ mãserit spiritus Quid magni est filio dei ꝙ in ipso manere spiritus astruatᷣ? Notãdũqꝫ quia semꝑ in dño manserit spiritus. In sanctis vero qꝫdiu mortale corpus gestauerint partim semper maneat: ꝑtim rediturus secedat. Manet autẽ apud eos vt bonis insistant actibus. Recedit vero ad tẽpus ne semper infirmos curãdi: mortuos suscitãdi: demones eijciendi: vel etiã ꝓphetizãdi habeant facultatẽ. Manet ergo semꝑ vt possint habere virtutes: vt mirabilitᷣ ipsi viuant. Venit ad tempus: vt etiam alijs per miraculoꝝ signa quales sit int⁹ effulgeant. Itẽ Greg. In sanctoꝝ cordibus ẜm quasdã virtutes semꝑ manet spiritus: ẜm quasdã recessur⁹ venit ⁊ venturus recedit. in his virtutibus sine quib⁹ ad vitã nõ peruenitᷣ in electoꝝ suoꝝ cordibus permanet. In his vero per quas sanctitatis virtus ostenditur vt in exhibitiõe miraculorum aliquando adest: aliqñ se ẜbtrahit. Itẽ Amb. Ficta charitas est q̃ in aduersitate deserit. Hec innuere videntᷣ ꝙ charitas semel habita nõ amittatur. Ideo quidã i pretaxatã ꝓsilierunt audaciã dicẽtes charitateʒ a dãnãdis nõ haberi nec a quoqꝫ habitaʒ posse amitti: q̇s ratio vicit ⁊ autoritas. Quidã em̃ ad tp̃s sunt boni: q̇ postea fiunt mali: ⁊ econuerso. Unde quorũdã nomia Christ⁹ dicit scripta in libro vite: qui tamen postea abierũt retro. Sed scripta dicit nõ ẜm ꝑscientiã: sed ẜm ꝑsentem iusticiã: cui deseruiebãt quia digni erãt tũc illo bono: quod habituri sunt prescripti ẜm ꝑscientiã. Unde Ambrosi⁹: Quibusdam gratia data ẽ in vsum vt Sauli ⁊ Jude: ⁊ illis discipulis quib⁹ dominus dixit: Ecce noĩa vestra scripta sunt in celis: et post

Margin notes: j. Cor. xiij. Aug. ad iulianũ comitẽʒ: et habetᷣ de pe. di. ij. ca. Charitas: ⁊ ibi totũ ẜ ca. ponitᷣ Matth. xxv. Prouerb. v. Augustinus. Joh. iiij. Grego. super ps. ciij. Beda. ca. j. Grego. super Ezechie. idẽ i moralibus. Amb. super epistolam ad Romanos. Luc. x. Joh. vj. Amb. super eplaʒ ad Ro. j. Reg. xvj. Luc. x.

abierūt retro. Sed hoc dixit ꝓpter iusticiam cui deseruiebāt q꞉ boni erant. Frequenter enim añ sunt mali qui futuri sūt boni: ⁊ aliquotiens prius sunt boni: q̄ futuri sunt et ꝑmansuri mali: ꝓpter qd̄ dicunť scribi in libro vite ⁊ deleri.

Determinatio autoritatum predictarum. b

i. Cor. xiij. Qd̄ vero apostolus ait: charitas nunq̄ excidit nullaten⁹ ꝑ illis facit. Dignitatez enim charitatis ostendēs dicit eam nō excidere quia hic ⁊ in futuro erit: s꞉ fides ⁊ spes euacuabūtur et scientia. Item quod dicitur charitas nunq̄ fuisse vere q̄ deseri potest: non ad essentiam charitatis referť: sed ad efficientiam quia nō efficit charitas que deseritur: hominem vere beatum: nec ꝑducit ad verum bonum. Huic etiā fonti alieni: id est damnandi non communicāt sc꞉ in fine quia non perseuerant. Potest tamen hoc et cetera que de charitate dicta sunt: de perfecta intelligi: quaz soli perfecti habent: que semel habita nō amittiť. Exordia ꝟo charitatis aliquādo crescūt: aliquādo deficiunt. Sunt enim virtutis exordia ⁊ ꝑfectus ⁊ prouectio: quos gra- Marc. iiij. dus ille discernit qui parabolam illaz intelligit. Sic est regnū dei queādmodum si iactet homo semen in terra et dormiat: et exurgat semen ⁊ germinet ⁊ crescat ⁊c̄. Si ḡ ꝑfecta charitas sic radicata est vt amitti nequeat: incipiēs tamē et prouecta amitti potest ⁊ sepe amittitur: sed dū habetur non sinit habentē criminaliter pec- Aug⁹. super ep̄lam Joh. i. Timo. vj. care. Qd̄ Augustinus ostendit inquiēs: quia radix omnium malorum est cupiditas: et radix omnium bonorum est charitas: simul ambe esse nō possunt: nisi vna radicitus euulsa fuerit alia plantari non pōt. Sine causa conať aliquis ramos incidere: si radicē nō cōtendit euellere.

Quare fides et spes ⁊ scientia dicunť euacuari ⁊ nō charitas: cū et ea ex parte sit. c

Aduertendū etiā est quomodo fides: spes: ⁊ scientia dicantur euacuari: quia ex parte sunt ⁊ nō charitas cū ⁊ ipa ex parte sit. Ex parte enim id est imperfecte diligimus sicut ex parte scim⁹ vt ait; Esicius super Leuiticū. Cū ergo om̄e qd̄ ex parte ē euacueť: cur charitas excipitur que dicitur nunq̄ excidere? Charitas quidem etiam ex parte ē vt sepe sancti docent: q꞉ ex parte diligimus nunc: et ideo ipsa euacuabitur inq̄tū ex parte est: quia tolletur imperfectio et addetur perfectio. Remanebitq̄ ipa aucta et actus eius et modus diligendi: vt diligas deum ꝓpter se ex toto corde: ⁊ proximum tuum sicut teipsum: sed imperfectionis modus eliminabitur. Fides vero et spes penitus euacuabūtur. Scientia vero ꝑm actum et modum suum qui nūc est non ꝑm sui essentiā tolletur. Ipsa em̄ virtus scientie remanebit: sed alium tenebit vsum et modum. Esitius super Leuiticum.

Si christus ordinē charitatis p̄scriptum habuerit. d

Nunc iam superest inuestigare: Si christus ꝑm q̄ hōmo ordinem diligendi prescriptum seruauerit? Quod si est omnem hominē sicut seip̄m dilexit. Omnibus ergo vitam optauit: omnesq̄ saluos fieri voluit: sed nō om̄es salui fiunt: et ita non est factum quod optauit. Sed non est ignorandum in eo fuisse charitatem iuxta modū patrie: nō vie: eumq̄ ordinem diligendi implesse q̄ seruatur in patria: non in via. Qui enim in patria sunt: id est iam beatifici sunt: adeo iusticie dei addicti sunt vt nihil eis placeat: nisi quod deo placet. ac per hoc illorū tantum salutem diligunt et volunt quos deus saluari vult: eosq̄ solos sicut se diligunt: ita et christus electos tantum sicut se dilexit eorumq̄ salutem optauit.

Ista ē distinctio. xxxj. hui⁹ tertij libri: in qua magister postq̄ egit de ordine charitatis: agit de ipsius duratione: et tria facit. Nā primo inuestigat de ꝑmanentia charitatis in statu viatorum. Secundo facit idem quo ad statum comprehensorum. Tertio an predictus ordo charitatis fuit in christi anima saluatoris. Primum vsq̄ ibi: Aduertendum tamen est. Secundum vsq̄ ibi: Nunc iam. Tertium vsq̄ ad finem distinctionis. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus quarum prima est: Charitas que amitti pōt in via fide et spe euacuatis manet in patria. Hanc magister pretendens proponit quosdam dicere q̄ charitas semel habita nō possit amitti: et q̄ nullus damnandus possit charitatem habere. Ad probationem allegat illud apostoli: Charitas nunq̄ excidet et alias plures autoritates sanctorum que patent in textu. Sed hanc opinionē magister reprobat per hoc: q̄ quidam ad tēpus sunt boni: qui postea efficiuntur mali: et econuerso: sicut patet ꝑ autoritatem euangelij de quibusdam quorum nomia

deus dixit esse scripta in libro vite: qui tamē postea abierūt retrorsū: ⁊ dicebant̄ scripti esse ī libro vite sȝ nō ꝫm pscīaȝ dei: sȝ solū ꝫm psentem iusticiā seu gratiā quā tūc habebāt. Et hoc cōfirmat autorita te bti Ambro. Postea soluit diuersas autoritates quas alij ꝓ se allegant: ⁊ dicit eas fore intelligendas de pfecta charitate: q̄ semel habita amitti non potest: ⁊ nō de charitate incipiēte ⁊ ꝓficiente. Ad autoritatē apl'i dicit ipsam debere intelligi ꝫm finalem effectū charitatis. Scōa ꝑpositio ē hec: Imperfectio charitatis in via tollet̄ a beatis in patria Hanc mgr̄ ponens querit: Cū fides et spes euacuentur ī patria: eo ꝙ sint explicite: quare etiā charitas nō dicitur excidere: cum etiam ipsa sit explicita id est imperfecta scȝ hic in via. Et respōdet ꝙ charitas nunq̄ inq̄tum est explicita et imperfecta euacuabitur in patria: q: tūc oīs imperfectio tollet̄ ab ea ⁊ ipsa manebit q̄tū ad habitū ⁊ q̄tū ad actū. Fides autez ⁊ spes tolluntur tam ꝫm habitum q̄ ꝫm actū: sed scientia dicitur euacuari ⁊ destrui ī patria quia licet maneat ꝫm essentiaȝ: destruitur tamē ꝫm actum et modum quem nunc habet scilicet discursum ratiocinatiōis. Tertia ꝑpositio est hec: Christus ꝫm ꝙ homo degens in via ordineȝ charitatis talem seruauit qualem habēt beati in patria. Hāc magister ponens querit: vtrum christus ꝫm ꝙ homo seruauerit supradictuȝ ordinem charitatis. Et arguit ꝙ non: quia dato ꝙ sic: tunc omnes homīes sicut seipsum dilexisset: et sic omnes saluos fieri voluisset: cum igitur non omnes salui facti sunt: videtur sequi ꝙ christus aliquid optauit quod tamē factum non est: quod videtur incōueniens. Unde patet ꝙ non seruauerit supradictū ordinē charitatis. Et respondet magister ꝙ christus ꝫm ꝙ homo seruauit semper ordinem charitatis qui seruatur ī patria: ⁊ non illum qui seruatur in via: vnde cōfirmat solutionem argumenti. Nam beati in patria ita sūt voluntati diuine conformes ꝙ nihil eis placet nisi quod deo placet et per consequens illos tantum diligunt sicut seipsos quos vult deus effectiue saluos fieri. Ex quo liquet ꝙ christus tantuȝ electos sicut se dilexit et salutē eoꝝ optauit: exhibendo eis plura quibꝰ diuinam voluntatē aduertere possent.

DI XXXII De charitate q̄tum ad diuinā dilectionē

De charitate dei. a

Remissis adijciendū ē de dilectiōe di q̄ ipse diligit nos q̄ nō alia ē q̄ illa q̄ diligimꝰ eū. Dilectio aūt dei diuina vsia est: eadēq̄ dilectiōe pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus se diligūt ⁊ nos: vt supra disseruimus. Cunq̄ eius dilectio sit immutabilis et eterna: alium tamen magis: aliuȝ minus diligit. Unde Augꝰ. Incomprehensibilis est dilectio dei atq̄ immutabilis qua deus in vnoquoq̄ nostruȝ amat quod fecit: sicut ⁊ odit qđ fecimus. Miro ergo et diuino modo etiaȝ quādo odit diligit nos. Et hoc quidē in oīnibus intelligi pōt. Quis ergo digne potest eloq̄ q̄tū diligat mēbra vnigeniti sui: et q̄nto amplꝰ vnigenitū ipm. De ipo etiā dictū ē: nihil odisti eoꝝ q̄ fecisti. Ex his ꝑcipitur ꝙ deꝰ oēs creaturas suas diligat: q:

Q aliuȝ magis aliū minꝰ diligit deus. Augꝰ. super Johannem.

Sap. xi.

scp̄tū ē: Nihil odisti eoꝝ q̄ fecisti. Et itē. Uidit deꝰ cūcta q̄ fecerat: ⁊ erāt valde bona. Si oīa q̄ fecit bona sunt: ⁊ oīne bonū diligit: oīa q̄ diligit q̄ fecit: et intercā magis diligit rōnales creaturas: ⁊ de ill' eas amplꝰ que sunt membra vnigeniti sui: et multomagis ipm vnigenitum. Sap. xi. Gen. i.

Ex q̄ intelligētia dr̄ magis vl' minus diligere hec vel illa. b

Cum aūt dilectio dei imutabilis sit: ⁊ iō nō intendit̄ vel remittit̄: si querit̄ q̄ sit ratio dicti cū dr̄ magis vel minꝰ diligere hoc q̄ illud: ⁊ cū dr̄ deꝰ oīa diligere. Dicimꝰ dilectionē dei sicut pacē exuperare oēm sensum hūanuȝ: vt ad tante altitudinis intelligentiaȝ vix aliquatenꝰ aspiret humanꝰ sensus. Potest tamē sane intelligi ea ratione dici omnia diligi a deo que fecit: quia omnia placent ei: et oīa approbat inq̄tum opera eius sunt: nec tunc vel prius vel amplius placuerūt ei cum facta sunt: scȝ anteq̄ fierent imo ab eterno oīa placuerūt ei nō minus q̄ postq̄ esse ceperunt. Q vo rationales creaturas: id est homines vl' angelos: alios magis alios minus diligere dicitur: nō mutabilitatem charitatis eiꝰ significat: sed ꝙ alios ad maiora bona: alios ad minora dilexit. Alios ad meliores vsus: alios ad minus bonos. Oīa eīn bona nostra ex eius dilectione nobis proueniūt. Electorum ergo alios magis alios minꝰ dilexit ab eterno ⁊ diligit etiam nūc: quia alijs maiora alijs miora ex dilectōe sua pparauit bona: alijsq̄ maiora et alijs minora bona ꝓfert ex tpe. Un̄ magis vel minꝰ dr̄ hos vel illos diligere.

Phil. iiij.

Ex quo sensu oīa q̄ fecit deꝰ diligere dicat̄

Quomō alios magis alios minus diligere dicitur.

Quod duobus modis inspicienda est dilectio dei. c

Consideratur enim duobꝰ modis dilectio dei: ꝫm essentiaȝ ⁊ ꝫm efficientiā. Nō recipit magis vel minus ꝫm essentiam: sed tantum ꝫm efficiētiam vt magis dilecti dicātur quibus ex dilectione ab eterno maius bonū preparauit et in tempore tribuit: et minus dilecti quibꝰ nō tantum. Inde etiā est ꝙ aliqui quando conuertuntur et iustificātur dicunt̄ tunc incipere diligi a deo: non ꝙ deꝰ noua dilectiōe quemq̄ possit diligere: immo sempiterna dilectiōe dilexit an-

te mūdi ↄstitutionē q̊scunqꝫ diligit. Sed tūc dicunt̄ incipe diligi ab eo cū et̄ne dei dilectiōis sortiunt̄ effectū. s. gr̄az vł gl̄iaz
Aug. in li. v. de trinitate. Vn̄ Aug. Absit vt de⁹ tpalit̄ aliquē diligat q̄si noua dilectiōe q̄ in ip̄o an̄ nō erat apud quē nec p̄terita transierūt: ⁊ futura iā facta sūt. Itaqꝫ oēs sctōs suos an̄ mundi ↄstitutionē dilexit sic̄ p̄destinauit. Sz cū ↄuertunt̄ ⁊ inueniūt illū tūc incipe ab eo diligi dicunt̄ vt eo mō dicat̄ q̊ pōt humano affectu capi qd̄ dr̄: Sic etiā cū irat⁹ malis dr̄ ⁊ placidus bonis: illi mutant̄ et nō ip̄e: vt lux infirmis ocul̄ aspera firmis lenis est: ipsoꝝ. s. mutatiōe nō sua. Ita cū aliquis p iustificationē incipit esse amic⁹ dei: ipse mutatur nō deus.

Si quis magis vel min⁹ diligat̄ a deo vno tp̄e q̄z alio. d

Si v̄o q̄rit̄ de aliq̊ vtrꝫ magis diligat̄ a d̄o vno tp̄e q̄ȝ alio distiguēda ē dilectiōis intelligētia. Si ei referat̄ ad dilectiōis effectū: ↄcessibile ē: si v̄o ad dilectiōis essentiā: inficiabile ē.

Si deus ab eterno dilexit reprobos. e

De reprobis v̄o q̄ p̄parati nō sūt ad vitā s; ad mortē si q̄rit̄: vtrꝫ debeat cōcedi q̄ de⁹ ab et̄no dilexit eos. Dicim⁹ d̄ electis sol̄ simplicit̄ h̊ esse ↄcedēdū q̄ de⁹ ab et̄no eos dilexit q̊s ad iusticiā ⁊ coronā p̄parauit. De nō electis v̄o simplciter est concedendū q̄ odio habuit. i. reprobauit. Sic̄ legit̄: Jacob dile-
Malachie. j. xi Esau odio habui. Sz nō ē simplr̄ dicē dū q̄ dilexit: ne p̄destinati itelligāt̄: s; cū adiectiōe ↄcedat̄ dilexit eos iq̄ȝtū op⁹ ei⁹ futuri erāt. i. q̊s ⁊ q̄les factur⁹ eos erat.

Ista ē distinctio. xxxij. hui⁹ tertij libri: in qua mgr̄ postq̄ȝ egit d̄ dilectiōe creata q̄ deū diligim⁹ agit de dilectiōe increata q̄ a deo diligimur: et tria facit. Nā p̄mo agit d̄ dilectiōe cōiter respectu creaturaꝝ oīm. Scd̄o de dilectiōe speālit̄ respectu hoīm. Tertio adhuc speciali⁹ respectu reproboꝝ. Primū facit vsqꝫ ibi: Considerat̄ eīm. Secundū vsqꝫ ibi: De reprobis v̄o. Tertiū vsqꝫ ad finē distinctiōis. In speāli mgr̄i sn̄ia stat ī trib⁹ ꝓpositiōib⁹ q̄ꝝ p̄ma ē hec: Mgr̄ dicit q̄ sit eadē dilectio q̄ nos deū diligim⁹ ⁊ q̄ ip̄e nos diligit. Hāc magister insinuās dicit q̄ eadē sit dilectio q̄ pater ⁊ filius ⁊ sp̄ussanct⁹ se diligūt ⁊ nos: ⁊ est diuina essentia: ⁊ q̄ eadē sit dilectio qua nos diligim⁹ deum: vt in p̄mo libro dictū fuit. In q̄ opiniōe mgr̄ nō tenet̄. Et subdit q̄ȝuis dilectio dei sit imutabil̄ ⁊ et̄na aliū tn̄ magis ⁊ aliū min⁹ diligit. Et diligit oēs creaturas: ⁊ inter om̄es magis diligit creaturas rationales: et int̄ creaturas rōnales ampli⁹ diligit illos q̄ sūt vnigeniti sui mēbra: ⁊ mł̄to magis diligit ipsum vnigenitū. i. xp̄m b̄m q̄ hō. Ista aūt ineq̄litas dilectiōis nō dic̄ aliquā mutationē ī dilectiōe dei: q̄ de⁹ nō aliter dr̄ ineq̄lit̄ diligere nisi q̄ȝ ad bona ineq̄lia eos diligit. Scd̄a ꝓpositio ē h̄: Dilectio dei nō suscipit magis ⁊ minus b̄m essentiā: sed tm̄ b̄m distributionē ⁊ efficientiā. Hāc mgr̄ insinuans supponit dilectionē qua nos diligit b̄m se nō suscipere magis ⁊ minus: qd̄ declarās dicit: dilectionē dei qua nos diligit posse dupliciter considerari. Vno modo b̄m essentiā ipsius dilectiōis ⁊ sic ↄsiderata nō suscipit magis nec minus quia vt sic est ipse spiritussanct⁹. Alio mō b̄m efficientiam: et sic suscipit magis ⁊ minus: ita vt magis dilecti dicant̄ quibus maius bonum ex dilectione dei ab eterno preparauit: ⁊ in tempore preparauit: ⁊ in tempore tribuit. Vnd̄ sumēs occasionē querit: vtrū vnus ⁊ idem homo potest a deo magis diligi vno tempore q̄ȝ alio. Et respōdet q̄ loquendo de eius dilectione essentiali nō potest: sed loquendo de eius dilectione effectuali bene potest. Tertia ꝓpositio est hec: Simpliciter loquendo deus non dilexit reprobos ab eterno. Hanc magister insinuans querit: vtrum deus dilexit reprobos ab eterno: hoc est illos qui nō ad vitam sed ad mortē sunt preparati: et respōdet q̄ sicut de electis simpliciter est cōcedendū q̄ deus ab eterno eos dilexit sic de reprobis simpliciter est cōcedendum q̄ deus ab eterno eos odio habuit ⁊ reprobauit: ⁊ nō simplicit̄ ↄcedendū q̄ eos ab eterno dilexit: ne estiment̄ fore p̄destinati: licet cum determiatiōe posset ↄcedi q̄ ab eterno eos dilexit scȝ cū hac determinatione inq̄ȝtū futuri erāt op⁹ ei⁹. Et tm̄ in speāli.

De q̄ttuor v̄tutib⁹ p̄ncipalib⁹ a

D. XXXIII. De virtutib⁹ cardinalib⁹.

Post predicta de q̄ttuor v̄tutib⁹ q̄ p̄ncipales vel cardinales vocant̄ disserēdū est q̄ sunt iusticia: fortitudo: prudētia tp̄antia.
Aug. i. xiiij. lib. de trini. De q̊b⁹ Aug. ait: Justicia est in s̄bueniēdo mis̄is: prudētia i p̄cauēdis insidijs: fortitudo i p̄ferēdis molestijs tp̄antia i coercēdis delectatiōib⁹ prauis. De
Sap. viij. his dr̄ i li. sapie. Sobrietatē ⁊ prudētiam docet iusticiā ⁊ virtutē. Sobrietatez vocat tp̄antiā et virtutē vocat fortitudinē. He v̄tutes cardinales dicunt̄ vt ait Hiero. q̊b⁹ i hac mortalitate bn̄ viuit̄: ⁊ post
Q̄ he v̄tutes in xp̄o fuerūt. ad et̄nā vitā p̄ueniūt̄: q̄ in xp̄o plenissime
Joh. j. fuer̄t ⁊ sūt: d̄ cui⁹ plenitudine nos accepi-
De v̄tutib⁹ cap in futuro. mus. In q̊ habuer̄t vsus. i. eosdē q̊s i patria hn̄t: ⁊ q̊sdā etiā vie. Verūtn̄ an he v̄
Aug. xiiij. de trini. ca. ix. tutes cū ⁊ ip̄e i aīo eē incipiāt q̄ cū sine illis p̄⁹ eēt tn̄ anim⁹ erat d̄sināt eē cū ad et̄na p̄duxerit: nōnulla q̄stio ē. Quibusdā visū ē eas eē desituras: ⁊ d̄ trib⁹ q̊dē prudētia scȝ fortitudie ⁊ tp̄antia cū h̊ dr̄ nōnihil di-
Sap. j. ci videt̄. Justicia ei imortalis ē: ⁊ magis tūc p̄ficiet̄ i nob̄ q̄ȝ eē cessabit cū btē viuem⁹ ↄtēplatiōe nature diuie q̄ creauit oēs ceterasqꝫ istituit naturas q̄ nihil meli⁹ et amabili⁹ ē. Cui regēti s̄bditū eē iusticie ē

Et iō imortal' ē oīno iusticia nec in illa btitudie eē ōsinet: s̄ tal' ac tāta erit: vt pfectior & maior eē n̄ possit. Fortassis & alie tres ꝟtutes prudētia sine vllo iā piculo error᷑ fortitudo sine molestia tolerādoꝝ maloꝝ tpātia sine repugnatōe libidinū erūt i illa felicitate: vt prudētie ibi sit nllm bonū ōponere vel eq̄re: fortitudis ei firmissime coherē: tpātie nllo ōfectu noxio ōlectari. Qd̄ ꝟo nūc agit iusticia i s̄bueniēdo miseris: qd̄ prudētia i pcauēdis isidijs: qd̄ fortitudo i pferēdis molestijs: qd̄ tpātia i coercēdis ōlectatōib' prauis n̄ erit ibi oino vbi nihil mali erit. Ista ḡ ꝟtutū opa huic mortali vite necessaria sic fides ad quā referēda sūt i pterit᷑ hēbūt. Ecce apte h̄ dic̄ Aug. q̄ p̄dicte ꝟtutes i futuro erūt: s̄ alios vsus tūc hēbūt q̄ȝ mō. Cui Beda assētit sup exodū dicēs: Colūne an̄ q̄s expāsū ē veli: ptātes celi sūt q̄ttuor eximij᷑ ꝟtu i b' p̄clare. i. fortitudie: prudētia: tpātia: iusticia q̄ alit̄ in cel' s̄uant̄ ab āgelis & aiab' sctis q̄ȝ h̄ a fidelib'. Et ōn̄r assignat Beda vsus illaꝝ ꝟtutū s̄m p̄ntē statū & futurū imitās Aug'. in p̄missis assignatiōib'.

Ista ē distinctio. xxxiij. hui' tertij libri: in q̄ mgr̄ postq̄ȝ egit de ꝟtutib' theologicis agit de ꝟtutib' cardinalib': & tria fac̄. Nā p̄mo earū q̄dditatē inq̄rit: & q̄re cardiales nūcupēt̄. Scd̄o an xp̄s eas hūerit: sic̄ h̄ in via habēt̄. Tertio an in p̄ria maneāt vel euacuēt̄. Primū vsq̄ȝ ibi: Que in xp̄o plenissime. Scd̄m vsq̄ȝ ibi: Uerūtn̄ an he. Tertiū vsq̄ȝ ad finē di. In sp̄ali sn̄ia mgr̄i stat i ista ōclusione. Quattuor sūt ꝟtutes cardiales q̄s hūit xp̄s & hēbūt i p̄ria oēs imortales. Hāc mgr̄ isinuās dicit q̄ttuor eē ꝟtutes cardiales q̄s enumerat & pōit eaꝝ descriptiōes s̄m. b. Aug'. q̄ patēt in l̄ra. vbi em̄ dic̄. Justicia ē ꝟt' i subueniēdo miseris. Prudētia in pcauēdis isidijs. Fortitudo in pferēdis molestijs. Tpātia i coercēdis prauis delectatōib'. Postea dicit q̄ iō ōn̄r cardinales q̄ p ipās deo vnimur & ad vitā eternā puenim'. Postea dicit q̄ ille ꝟtutes fuerūt i xp̄o & habuerūt eosdē act' & vsus q̄s in patria habebūt: & etiā q̄sdā q̄s hn̄t in via. Ultio q̄rit: vtrū ille ꝟtutes euacuēt̄ i p̄ria. Et rn̄det p̄ s̄m q̄sdā q̄ tres istarū nō remanebūt in patria: sȝ solū iusticia q̄ in patria nō cessabit: s̄ȝ poti' pficiet̄. Sed ipse subiūgit q̄ etiā alie tres remanebunt sed alios actus tūc habebūt in patria q̄ȝ mō habēt in via: & h̄ ōfirmat auctoritate Bede. Et tm̄ in speciali.

De septē donis sp̄ūssancti. a

Hunc ō septē donis sp̄ūscti agēdū ē. vbi prius ōsiderādū ē: an hec dona ꝟtutes sint. Scd̄o an i futuro ōsitura sint vl' oia vl' hoꝝ aliq̄. Deide an in xp̄o fuerint cuncta hec dona. Hec dona virtutes esse nec in futuro desitura Ambrosius ostendit: ea septem fore virtutes dicēs & in angelis abūdātissime eē sic: Ciuitas dei illa hierl'm celestis nō meatu alicui' fluuij terrestris abluit̄: s̄ ex vite fonte pcedēs sp̄ūs sancti cui' nos breui satiamur haustu in illis celestib' spiritib' redūdāti' videt̄ effluere: pleno septē virtutū spiritaliū feruēs meatu. Si em̄ fluui' riparū crepidinibus editis supfusus exūdat: q̄ȝto magis sp̄ūs supeminēs creaturā cū n̄re mētis archana tāq̄ȝ inferiora pstringat celestē illā angeloꝝ naturā effusiōe q̄dā sctificationum vbertate letificat. Deide sctificationē exponēs subdit: His aūt sctificatiōib' significat̄ plenitudo septē sp̄ūaliū ꝟtutū quas enūerat Esa. dicēs: Sp̄ūs sapie & intellect' sp̄ūs ōsilij & fortitudis: sp̄ūs scie & pietatis: & sp̄ūs timoris dn̄i. Unū ē ḡ flumē sp̄ūscti: s̄ multi sp̄ūalium donoꝝ meat'. Quāuis ḡ mlti dn̄r sp̄ūs: vt sp̄ūs sapie & intellect' &c̄. vn' tn̄ ē dei sp̄ūs sue libtatis arbit̄ oia p aucte volūtatis diuidēs singul̄. Hic exp̄sse traditū ē septē dona & virtutes eē sctificationesq̄ȝ fideliū mētiū & in futuro nō desitura cū sint & in angelis.

Q̄ i xp̄o fuerūt illa septē dona. b

In xp̄o ēt hec eadē fuisse Esa. ōndit dicēs: Egrediet̄ ꝟga de radice iesse: & flos de radice ei' ascēdet & requiescet sup eū sp̄ūs dn̄i: sp̄ūs sapientie & intellectus: sp̄ūs ōsilij & fortitudinis sp̄ūs scie & pietatis: & replebit eū spiritus timoris domini.

Qd̄ videt̄ obuiare p̄missis. c

His aūt videt̄ obuiare qd̄ Beda de timore dn̄i dic̄ sup pabolas. s. q̄ ois timor i futuro cessabit. Ait em̄ sic sup illū locū. Timor dn̄i p̄ncipiū sapiētie Duo sūt timores dn̄i: s̄uil' q̄ p̄ncipiū sapie ē: & amical' q̄ pfectiōeꝫ sapie comitat̄. Seruil' p̄ncipiū sapie ē q̄ q̄ post errata sape incipit: p̄mo timore corripit̄ diuione puniat̄ s̄ hūc pfcā charitas foras mittit Succedit huic tior dn̄i sctūs pmanēs i sclm scl'i: quē n̄ excludit charitas s̄ auget q̄ tiet fili' ne vl'i modico oclos amātissimi p̄ris offēdat: vterq̄ȝ i futuro cessabit charitas ꝟo nūq̄ȝ excidet. Aug. ꝟo sup illū locū p̄s. Adorabo ad tēplū sctm̄ tuū i tiore tuo timore di ōsiturū dic̄ sic: Timor dn̄i ē magnū p̄sidiū pficiētib' ad salutē: s̄ puenietib' foras mittit̄. Nō em̄ timēt iā amicū cū. s. ad id qd̄ repromissū ē pducti fuerint. Ex his auctoritatib' significat̄ q̄ ti-

Margin notes: Beda. Exod. xxvj. — Di. XXX. IIII. — De septeꝫ donis sp̄ūssancti generaliter. — n — Amb. i. s. l. s sp̄ūsctō. q̄ septē dona sūt i angelis: et sunt virtutes. — Esa. xj. — Esa. xj. — Beda. — Prouerb. j. — j. Joh. iiij. p̄s. xviij. — Aug'. super p̄s. v.

mor nõ erit i futuro. Si aũt timor nõ erit in futuro: ergo nec septem dona erũt nec modo sunt in angelis siue in animab' sanctis. Ad qđ dicimus auctoritatũ premissarum que videnẽ repugnantiam dirimẽtes: q septem illa dona ⁊ in angelis modo sunt ⁊ in animabus sanctis feliciter viuentibus ⁊ in nobis erunt in futuro: ꝫ nõ habebunt oĩa hos vsus siue hec officia q̃ nũc habent: vt verbi grã. Timor filialis modo facit timere ne offendam' quẽ diligimus ⁊ ne sepemur ab eo: facit etiã nos revereri eũdẽ. In futuro vo faciet nos revereri quãdo nõ timebimus separi vel offendere. Non ergo metus sepationis vel offensionis nũc ẽ in angelis vel in animabus sanctis nec in nobis erit in futuro: sꝫ reuerentia que est mixta cũ subiectiõe dilectiõis: que etiã in xpo fuit sicut apl's dicit in epistola ad hebreos loquẽs de xpo Qui exauditus ẽ pro sua reuerẽtia. Quidam tamen ꝫm effectum timorẽ in christo ⁊ in angelis tm̃ esse contendunt.

Solutio.

Heb. v.

Plena timorꝫ distinctio. D

Et quia de timore

tractandi nobis occurrit locus. Sciẽduꝫ est quattuor esse timores. s. mũdanũ siue humanũ: seruilem: initialem castum: vel filialem siue amicalẽ. Human' timor est: vt ait Cassiodorus: quando timem' pati pericula carnis: vel perdere bona mũdi propter qđ delinquimus. Hic timor malus est qui in primo gradu cum mũdo deseritur: quem dominus prohibet in euangelio dicens: Nolite timere eos qui occidunt corpus ⁊c̃. Timor autem seruilis est vt ait Augustinus: cum per timorem gehenne continet se homo a peccato quo p̃sentiam iudicis ⁊ penas metuit: ⁊ timore facit quicquid boni facit: nõ timore amittendi eternuꝫ bonum qđ nõ amat: ꝫ timore patiendi malum qđ formidat. Non timet ne perdat amplex' pulcherrimi spõsi sed timet ne mittatur in gehennaꝫ. Bonus est iste timor ⁊ vtilis: licet insufficiẽs per quem fit paulatim cõsuetudo iusticie ⁊ succedit initialis timor quando incipit qđ durum erat amari: ⁊ sic incipit excludi seruilis timor a charitate: ⁊ succedit deinde timor castus siue amicalis: quo timemus ne sponsus tardet: ne discedat: ne offendam': ne eo caream': timor iste đ amore venit. Ille quidẽ seruilis est vtilis sed

Cassiodorus sup psal.

Matth. x. Luce. xij. Aug. sup ps.

non pmanens in eternum ⁊ iste timor diuinus comes est per omnes gradus.

Collectio preditorum. E

Et attende qđ q̃t-

tuor hic distinguunẽ timores cum supra Beda duos dixerit esse. Sed Beda hũanum timorem pretermisit: ⁊ nomine seruilis duos quos hic distinximus cõplexus fuit: scꝫ seruilem ⁊ initialẽ. Amicalem vero castum dixit. Augustinus quoqꝫ seruilem ⁊ castum timoreꝫ aperte discernit: dũ epistole ad Romanos illum locum exponit: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritũ adoptionis filiorum dei: ita dicens Duo timores insinuantur hic: vnus qui est in perfecta charitate. s. timor castus: alter q̃ non est in charitate scꝫ seruilis: in quo q̃uis deo credatur: nõ tñ in deuꝫ: ⁊ si bonũ fiat: non tamẽ bene. Nemo enim inuitus benefacit etiam si bonum est qđ facit.

Rom. viij.

De casto ⁊ seruili plenius agit tãgens interdũ de initiali. F

De his eisdẽ timo

ribus latius disputat Augusti. dicẽs: Cepit aliquis credere diẽ iudicij si cepit credere: cepit ⁊ timere. Sed q: adhuc timet. nondum habet fiduciam in die iudicij nõdum est in illo perfecta charitas: sed si pfecta in illo esset charitas: nõ timeret: perfecta enim charitas faceret perfectam iusticiam ⁊ nõ haberet vnde timeret: imo haberet quare desideraret vt trãseat iniquitas ⁊ veniat regnum dei: ergo timor non est i charitate. Sed in qua charitate? Nõ in inchoata. In qua ergo? In perfecta: pfecta ergo charitas foras mittit timorẽ: q incipiat timor: quia initiũ sapientie timor domini. Timor eñ quasi locũ prepat charitati. Cum aũt ceperit charitas habitare pellit timor qui ei preparauit locuꝫ. Quãtum enim illa crescit: ille decrescit: ⁊ quãtum illa fit interior: timor pellitẽ foras: maior charitas: minor timor: minor charitas maior timor. Si autẽ nullus est timor: nõ est quo intret charitas: sicut videmus p setam introduci linum quãdo aliquid suitur: seta prius intrat ⁊ nisi exeat non succedit linũ Sic timor primo occupat mentem nõ aũt ibi remanet timor: q: ideo itrauit vt introduceret charitatem.

In nona omelia sup epla. Joh. iiij.

Hic tangit de initiali timore.

j. Joh. iiij.

Similitudo seruilis timoris inducitur.

Qđ videẽ p̃dictis aduersari. G

Est aũt alia sentẽtia que videtur huic esse contraria: si non habet pium intellectorem. Dicitur enim
ps. xviij in psal. Timor domini castus permanet in seculum seculi. Eternum quẽdaʒ timorem nobis ostendit sed castum. Quod si ostendit ille nobis eternũ timorem nũqd
j. Joh. iiij. contradicit illi ista epistola que dicit: Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem. Hoc eẽ dictũ est per Johannem: illud dictũ est per Dauid. Sed nolite putare aliũ esse spiritum: si enim vnus flatus inflat duas tibias nõ potest vnus spiritus implere duo corda ⁊ agitare duas linguas? Si spiritu vno .i. flatu implete duo tibie consonant: implete due lingue spiritu dei dissonare pñt? immo est ibi quedam consonantia: est quedam concordia: sed auditorem desiderat studiosum nõ ociosum. Ecce mouit duas linguas spiritus dei: ⁊ audiuimꝰ ex vna: timor non est in charitate: audiuimus ex alia: timor domini castus permanet in seculũ seculi. Quid est hoc? Dissonãt? Nõ. Excute aures: intende melodiam: non sine causa hic addidit castus: illic non addidit: quia est timor aliquis qui dicitur castus: est alius qui non dicitur castus. Discernamus istos duos timores ⁊ itelligamus consonantiaʒ tibiarum. Quomodo discernimus? Attendat charitas vestra. Suut homines qui ꝓpterea timent deũ ne mittanẽ in gehennam: ne forte ardeãt cum diabolo in igne eterno: ipse est timor qui introducit charitatem sed sic venit vt exeat. Si enim propter penas times deũ nonduʒ amas quem sic times: non bona desideras: sed mala caues. Sed ex eo q2 mala caues corrigis te ⁊ incipis bona desiderare: cũq3 bona desiderare cepis erit
Aug. in te timor castus. Quid ẽ timor castus? Timere ne amittas ipa bona timere deũ ne recedat a te. Cum autem times deum ne te deserat presentia eius: amplecteris eum: ipso frui desideras.

Quomodo distant duo timores per similitudinem duarũ mulierum ostendit. b

Non potes meliꝰ explanare quid intersit inter duos istos timores q̃3 si ponas duas mlieres maritatas: quarum vnam costituas volentem facere adulterium sed timet ne damneẽ a marito. Timet maritum q2 adhuc amat nequitiam: huic non grata est sed onerosa mariti presentia: ⁊ si forte viuit neq̃ter: timet maritum ne veniat. Tales sunt qui timent diem iudicij. Fac alteram amare virum ⁊ debere illi castos amplexus: nulla se adulterina imundicia maculare velle: ista optat p̃sentiam viri. Illa timet: et ista timet. Jam ergo interrogentur quare timeant. Illa dicet: Timeo virũ ne veniat. Illa dicet: Timeo virũ ne discedat. Illa dicet: Timeo virum ne damnet: Illa dicet timeo virũ ne deserat. Pone hec in animo ⁊ inuenis timorem quem foras mittit charitas: ⁊ alium timorem castum permanẽtem in seculum seculi. Illũ timorem pfecta charitas foras mittit: quia ille timor tormentum habet: torquetur cõsciẽntia peccatorum: nondũ facta est iustificatio. Est ibi quod titillat mentem: quod pũgat: qd stimulat. Stimulat ille timor: sed intrat charitas que sanat quod vulnerat timor: timor castus facit securitatẽ in animo. Audiuimus duas tibias: sc3 Johannem ⁊ Dauid consonantes: illa de timore dei dicit quo timet anima ne dãneẽ illa de timore quo timet anima ne deseratur. Ille ẽ timor quem charitas excludit: ille est timor qui permanet in seculum seculi. Ecce in his verbis predictis aperte ostendit Augꝰ. quis sit timor castus ⁊ qs seruilis: ⁊ qualiter differant. In quibus etiaʒ initialem timorẽ significauit qui nec ex toto est seruilis: nec ex toto castus: sed tanq̃3 medius aliquid de seruili: ⁊ aliquid de casto timore habet: facit eẽ fuire partim timore pene: partim amore iusticie ꝑ quem timemus puniri ⁊ timemus offendere Iste timor est in inchoata charitate non in perfecta: ⁊ quantũ crescit charitas tãtũ decrescit iste timor: q̃tũ ad metũ pene id est q̃tũ ad id qd facit timere penam ⁊ q̃tum ad tormentuʒ conscientie. Nam q̃to magis diligimus tanto minꝰ timemꝰ Iste timor notatur in illis verbis Augꝰ. vbi non negat timoreʒ esse in charitate inchoata sed perfecta: quod non posset dici de seruili: quia vt ipse supra dixit seruilis timor nõ remanet veniente charitate: nec intrat charitas nisi prius ille timor exeat. nec in illo timore aliquis credit in deum: ⁊ si credat deo nec benefacit: etiam si bonũ est quod facit. Non est ergo timor ille in charitate etiã ichoata quia omnis qui

charitatem habet: licet non perfectam: et in deum credit: et bona opera facit: quare seruilis non est timor ille quem in charitate inchoata fore concessit: et quem crescente charitate decrescere dixit. Sed ille est timor initialis quem nõ negat esse in charitate nisi perfecta sit.

Quod timor seruilis et initialis dicitur initium sapientie: sed differenter. i

Sciendum tamen est quod vterque timor scz seruilis et initialis in scripture diuersis locis dicitur initium sapientie: et ita fore comperies si diligenter annotaueris loca scripture: in quibus de timore domini fit mẽtio: ex alia tamen ratiõe et causa diuersa dicitur seruilis timor initium sapientie et ex alia initialis. Seruilis enim ideo dicitur initium sapientie: quia preparat locum sapientie et ducit ad sapientiam: sed tamen non remanet cum ea imo foras exit. Initialis vero dicitur initium sapientie: quia est in inchoata sapiẽtia quem cum quis habere incipit: sapientiam et charitatem habere incipit. Inde etiam est quod vterque timor dicitur initialis: quod iuenire poteris per diuersa scripture loca. Uterque etiam timor interdum dicitur seruilis: quia et ipse initialis qui est in charitate ĩchoata aliquid habet de seruili scilicet angorem pene: sicut et aliquid habet de casto: scilicet quod timet offendere ac separari.

Prouerb. j. et ix. Ecci. j. et xxv.

De hoc quod Aug. dicit castũ timorem esse eternum. k

Illud quoque diligenter est notandum quod in superioribus Augustinus dicit castum timorẽ esse eternum per quod cõfirmatur premissa sñia: scz quod spiritus timoris erit in futuro sicut et alia dona spiritussancti: sed non habebit oẽm illum vsum quẽ modo habet. Faciet enim tunc nos revereri deum: non timere separi vel carere. Fuit ergo et in christo timor ille: sed iuxta vsum illum quem habebit in futuro in sanctis. Nõ enim timuit christus separi vel offendere deum: sed eum pre omnibus reueritus est.

An timor pene qui fuit in christo fuerit seruilis vel initialis vel alius. l

Cum autem fuerit in christo timor pene: queritur an iste timor fuerit mũdanus: vel seruilis vel initialis. Ad quod dicimus nullum eorum fuisse in christo: quia timor mundanus malus est vt supradictum est: et in primo gradu cum mundo deseritur. Seruilis vero vel initialis in perfecta charitate non est. Nullus ergo timorum istorũ fuit in christo. Quis ergo fuit timor iste quo penã timuit? Potest timor ille dici naturalis vel humanus qui omnibus hominibus inest quo horretur mors ac formidatur pena. Et dicitur timor iste naturalis: non quia accesserit homini ex natura secundum quod prius fuit instituta: quia non fuit iste timor concretus homini nec de bonis naturalibus: sed quia ex corrupta natura per peccatum omnibus aduenit: cui corruptio inoleuit tanquam esset naturalis: et est iste timor effectus peccati vt predictum est.

Ista ẽ distinctio. xxxiiij. huius tertij libri: in qua magister postquam egit de virtutibus agit de donis: et tria facit. Nam primo agit de donis in cõmuni. Secũdo de timore in speciali. Tertio infert quedam ex determinatis. Primum vsque ibi: Et quia de timore. Scdm vsque ibi: Illud quoque diligenter. Tertiũ vsque ad finẽ dis. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus: quarũ prima est hec. Septẽ dona spiritussancti: que a virtutibus non differunt nec in patria cessabunt fuerũt in xpo. Hanc magister ponens querit tres questiones quarum prima est: an dona spiritussancti sunt idem quod virtutes. Secunda est: an in patria maneant in btis. Tertia est: an fuerũt in xpo. Ad duas primas questiones simul respondet auctoritate. b. Amb. quod dona sunt idem quod virtutes. et quod remanent in patria. quia in angelis et in beatis sunt abũdãtius quam in nobis. Ad tertiã respondet affirmatiue quod ista dona fuerũt in xpo: quod patet per illud. Esa. xj. et requiescet super eum spiritus domini. spũs sapientie et intellectus. consilij et fortitudinis: spiritus sciẽtie et pietatis et replebit eum spiritu timoris domini. In qua quidem auctoritate pluries repetit spiritus quod nõ ideo fit quod spiritussancti sunt plures in natura diuina: sed ad designandum multiplicem fore effectum vnius spiritussancti. Sed quia in responsiõe ad scdam qõnẽ quod dona etiam nõ cessant in patria, proponit in medium quasdã auctoritates que videntur dicere timorem in patria nõ manere: et per consequens nec alia dona: quia qua ratiõe nõ remanebit donum timoris: pari ratione nec alia dona. Pro quarum auctoritatum euidẽtia magister dicit: quod dona spiritussancti erũt in futuro scz in patria sed nõ habebunt ibi illos vsus quos hic habẽt in via: quod declarat specialiter in dono timoris. Nam timor filialis vt dicit mgr in pñti vita tria ĩ nobis facit. Facit enim primo timere ne offendamus deũ quem diligimus. Secũdo facit timere ne separemur ab eo. Tertio facit nos ipsum reuereri. Quantũ igitur ad duo prima non manebit donũ timoris in patria: et hoc volũt dicere auctoritates ĩ oppositũ allegate. Sz quo

tum ad tertium manebit ibi: qr ibi p maxime vsus reuerētie q̄ est dilectio cū subiectiōe erit q̄liter etiā reuerētia in xp̄o erit. Et subdit quosdā dixisse q in xp̄o & in angelis esset donū timoris solū ſm effectū sed nō ſm habitū sed cōmuniter a modernis h̄ nō tenet nec mgr̄ illud approbat. Scd̄a ꝓpositio est hec: Timor q̄ multipliciter nō qualitercūq3 sumpt9 a charitatis ꝯsortio excludit. Hāc mgr̄ exequens dicit quattuor esse timores: quoꝝ primus est timor mundanus siue human9 quo timem9 pericula carnis & bonoꝝ mūdanoꝝ amissionē. Et qr h̄ timor malus est & cū mūdo mūdi ꝯtēptoribus relinquendus ideo ꝓhibetur tāq3 nō habēdus. Scd̄s ē timor seruilis .s. quo q̄s timet penas & ex hoc a pctō se cohibēs bonū opat: & l3 iste timor est bon9: nō tn̄ est sufficiēs ad vitā eternā obtinēdā. Terti9 ē timor initialis sc3 quo q̄s iam amare incipit eternū bonu3 .i. q amissionē eius timēs incipit bn̄ agere. & isto timore adueniente: simul aduenit charitas & timor seruil' incipit p charitatē excludi. Quartus est timor castus & filialis seu amicalis: q̄ ꝓuenit ex amore .s. q̄ timem9 ne deū offendam9: & ab eo sepemur: hic vero timor succedit initiali & pmanet in eternū ſuilis aūt nō pmanebit sed deficiet. Sed subdit q vt patet ex dictis in p̄ma pte istius distinctiōis Beda nō distinxit nisi duplicē timorē sc3 seruilē & amicalē qr sub seruili initiale3 intellexit. Bea. Aug. etiam nisi duos timores distinxit apte .s. castū qui ē in charitate pfecta: & seruilē q̄ nō ē in charitate qr l3 p ip̄m bonū fiat nō tn̄ bn̄: qr nemo inuitus bn̄ facit: etiam si bonū sit de suo genere qd̄ facit. Istis p̄missis magister ponit auctoritates timoris seruilis di. q l3 timor seruilis ī charitate nō sit: tn̄ prepat locū charitati: qr nisi timor p̄us occuparet mētē nō esset vn̄ intraret charitas: q̄ tn̄ aduenīēte timor expellit & foras mittit: qd̄ exēplificat de seta & filo sibi ānexo. filum eū nō intrat nisi seta exeat sic est de timore seruili & charitate: postea remouet q̄ddā dubiū. Nam in canonica Johis dr̄: q timor nō ē in charitate: s3 pfecta charitas foras mittit timorē. Dubitat g̃ quō verū sit qd̄ in ps̄. dr̄: timor dn̄i castus manet in seculum seculi. Nā cū in eterna btitudine. de q̄ ps̄. loq̄t sit pfectissima charitas videt dictū psalmiste dicto apl'i cōtrariū. Ad qd̄ rn̄dēs dicit q exquo Johes in sua canonica: & dauid in psal. vno sp̄ū repleti locuti sunt discordare nō pn̄t si vtriusq3 dictū recte intelligat. Nā duplex ē timor .s. castus & seruilis: ſuilis nō stat vt dictū est cū charitate: & de illo loquit apl's castus aūt manet in patria: & de illo loq̄tur ꝓpheta: istud p3 ex his q̄ dicta sunt. Nā dictū est q timor seruilis est quo q̄s ꝓpter penā timet deū: s3 exquo ille q̄ ꝓpter penā timet deū: nō amat ip̄m. iō timor ille nō stat cū charitate: timor aūt castus ē quo quis timet deū ne ip̄m offendat. S3 exquo sic timere sit amare. ideo timor ille manet cū charitate sp. Qd̄ postea exemplificat mgr̄ de duabus mulierib9 maritatis quarū vna timet cōmittere adulteriū ne a viro dep̄hēdat: alia xo ne a viro deserat. Et applicat simile ad ꝓpositū vt pt3 in l'ra. Postea aūt cōparat mgr̄ timorē initialē ad castū & ad seruilem dicens: q initialis est medius inter eos habēs aliq̄d de vtroq3: qr ptim facit seruire deo timore pene et partim amore iusticie qui etiā pōt esse in charitate inchoata. l3 nō possit esse in charitate pfecta & subdit q̄uis initialis timor possit stare cū charitate imperfecta & seruilis nō. tn̄ vterq3 ipsoꝝ in scriptura dicitur initiū sapiētie. Nā seruilis timor sapiētie et charitati locū pparat: sed ipsa aduenīēte foras mittitur. Nam initium sapiētie dicitur tanq3 disponēs ad ip̄m. Timor aūt initialis dicitur principium sapientie: qr cum inchoata sapientia simul incipit immo & quodāmodo inchoata charitas sine sapiētia. Ista oīa roborat magister auctoritatibus sanctoꝝ

Tertia ꝓpositio ē: Donū timoris extitit in xp̄o ſm vsum patrie cū timore quodā alio. Hāc mgr̄ insinuans infert ex determinatis & cōcludit primo. q donum timoris manebit in patria sicut alia dona: sed nō habebit ibi omnem vsum quē hic habet vt patuit in prima ꝓpositione hu9 distinctionis. Scd̄o etiā ex his ꝯcludit. q timor ille fuit in xp̄o ſm illū vsum quem hab3 in sanctis ſm actū .s. reuerētie. vt etiā ibidē dicebat. Unde querit etiā incidentaliter: cum timor pene fuit in xp̄o: vtrum fuit timor mundanus vel seruilis vel initialis. Et respondet q nullus eorum fuit. Nam timor mundanus cū mūdo deserit: seruilis vero nec est in charitate inchoata nec pfecta. Initialis vero nō pōt esse in charitate perfecta Cum igit xp̄s iam mundum deseruit & charitatem nō inchoatam sed perfectam habuit: sequitur q timor pene quem christ9 habuit nullus illorum timorum fuit sed fuit quidam naturalis ꝓueniēs ex natura per peccatu3 corrupta: nō tāq3 aliqd̄ bonū naturale sed tanq3 effectus quidam & sequela peccati Et tn̄ in speciali.

Quomodo differant sapientia et scientia. a

Di. XXX. V

De dono sapientie: itellect9 & sciētie.

Ista ẽ distinctio. vij. hui⁹ quarti libri: In qua mgr̃ postq̃ dtermiauit de sacr̃is intrantiũ. s. de baptismo: hic ↄñr itendit determiare de sacro pgredietiũ in via. s. de sacro ↄfirmatiõis ꝛ tria facit. Primo em̃ pponit virtutẽ ꝛ formã ↄfirmatiõis. Scõo subiũgit quõ ↄfirmatio dãda sit ab epis. Tertio annectit quõ accipienda sit a ieiunis. Primũ facit vsq3 ibi: Unñ Raban⁹. Scõm vsq3 ibi: Hoc sacr̃m a ieiunis. Tertiũ vsq3 ad finem di. In spãli snia mgr̃i stat in trib⁹ ppositionib⁹: quarũ pria ẽ hec: Que sit virt⁹ ꝛ forma ↄfirmatiõis declarat lr̃a hui⁹ distinc. Hãc mgr̃ insinuãs ponit pmo agẽdũ de sacro ↄfirmatiõis: cui⁹ formã apte dicit esse ipsa verba q̃ dicit ep̃s cũ baptizatos chrismate vngit in frontib⁹: in quo etiã tãgit materiã eius q̃ est chrisma ↄsecratũ. Ista em̃ ẽ forma ↄsecrationis signo te signo crucis: ꝛ cõfirmo te chrismate salutis in noie pr̃is ꝛ filij ꝛ spũsscti. Hec Eusebi⁹: ꝛ transsumit ex canone dist. v. Scõa ppositio ẽ hec: Hoc sacramẽtũ ↄfert a solis epis: ꝛ dr maius baptismo veneratiõe: lz baptismus plus valeat in peccatoꝵ remissione. Hanc mgr̃ insinuãs dicit q̃ sicut aploꝵ tpibus nõ potuit ab aliis nisi ab epis esse pactũ: sic nec postea põt nisi ab illis q̃ locũ eoꝵ in ecclia tenẽt scz ab ipsis ↄferri: q̃ si ab alijs ↄferat irritũ ꝛ vacuum habeat. Unñ p̄sbyter q̃uis baptizatos vngere vel tãgere in pectore possit: nõ tñ eos chrismate signare in frõte. Postea dicit q̃ efficacia hui⁹ sacramenti est q̃ in eo dat spũssctũs ad robur ad nomen xp̄i publice ↄfitẽdũ: ꝛ vt ipsi ↄfirmati pleni xp̄iani inueniant vt dicit Urbanus papa. Obijcit ↄtra h̄ q̃ dixerat hoc sacr̃z tm̃ ab epis posse pfici per Greg. scribens ianuario epo. q̃ tradidit q̃ p̄sbyteri baptizatos tangere in frõte debeãt vbi epi desunt: sz magister dicit q̃ illud estimat tm̃ semel esse ↄcessum p scandalo. Subdit etiã q̃ hoc sacr̃m videt esse mai⁹ baptismo: q2 a dignioribus dat: ꝛ q2 in digniori parte corpis fit. s. in fronte: ꝛ q2 forte p ipm̃ maius virtutũ augmẽtũ p̄stat: sz baptism⁹ plus valet ad peccatoꝵ remissionẽ. Tertia ppõ est hec: Cõfirmatio ieiunis ꝛ a ieiunis det: nec semel data vlterius iteret. Hãc mgr̃ insinuãs dicit: q̃ hoc sacr̃z dz ieiuno ꝛ a ieiunis tradi sicut ꝛ baptismus nisi aliter cogat necessitas. s. infirmitas vel mors: nec dz iterari sic̃ nec baptismus: nec ordo: ne fiat iniuria sacrmento qd tũc fit qñ sacr̃m nõ iterãdũ iterat. Et subdit q̃ indubitanter tenendũ est q̃ baptismus: ↄfirmatio ꝛ sacer ordo iterari nõ debent. De alijs sacramentis vtrum debeãt vel possint iterari dicit inferius esse determinandum. Et tm̃ in spãli.

De sacro altaris ꝛ eucharistie. a — Di. VIII. d eucharistie sacro bm̃ sc.

Post sacramẽtũ baptismi ꝛ ↄfirmatiõis seq̃tur eucharistie sacr̃m. Per baptismũ mũdamur: p eucharistiã in bono ↄsumamur. Baptism⁹ estus vicioꝵ extinguit: eucharistia spũalr reficit. Unñ excellẽter eucharistia dr. i. bona gr̃a: q2 in h̄ sacramẽto nõ mõ ẽ augmẽtũ v̄tutis ꝛ gr̃e: s̄ ille tot⁹ sumit q̃ ẽ fons ꝛ origo toti⁹ gr̃e. Cui⁹ figura p̃cessit qñ mãna pluit de⁹ pr̄ibus in desto q̃ quotidiano celi pascebãt
Exod. xvj. alimẽto. Unñ panẽ ãgeloꝵ mãdacauit hõ
ps̄. lxxvij. Sz tũc q̃ panez illũ mãducauerũt mortui
Ioh. vj. sunt. Iste vo panis viu⁹ q̃ de celo descẽdit vitã mũdo tribuit. Mãna illud de celo: h̄ sup celũ. Illud scaturiebat in diẽ alterũ reſuatũ: h̄ ab oi corruptione alienũ. Quicũq3 religiose gustauerit corruptiõez
Exod. xiiij. nõ videbit. Illud datũ fuit antiquis post transitũ maris rubri: vbi submersis egy-

ptijs liberati sunt hebrei. Ita hoc celeste
mãna: nõ nisi renatis p̃stari debz. Panis
ille corpalis pplm antiquũ ad terrã ꝓmis
Josue.xv. sionis p desertũ eduxit. Hec esca celestis
Exod.xvi. fideles hui⁹ seculi p desertũ trãseũtes in
celũ subuehit. Ũn recte viaticũ appellat̃
q: in via nos reficiẽs vsq̃ in patriã dedu
cit. Sicut ḡ i mari rubro figura baptismi
p̃cessit: ita in mãna significatio dñici cor
poris. Hec duo sacra demõstrata sũt vbi
Joh.xix. de latere xp̃i sanguis ⁊ aqua ꝓfluxerunt
q: xp̃s p sanguinẽ redẽptiõis ⁊ aquã ab
lutionis nos redimere venit a diabolo et
Exod.xviij. a pctõ: sicut israelitas p sanguinẽ agni pa
scalis ab extermiatore ⁊ p aquã maris ru
bri ab egyptijs liberauit. Huius etiã sa
cramẽti ritũ melchisedech ostẽdit vbi pa
Gen.xiiij. nẽ ⁊ vinũ abrae obtulit. Ũn vt ait Amb.
Amb. de sacramẽtis ome. iiij. intelligi dat̃ anteriora esse sacramẽta xp̃i
anorꝫ q̃ iudeorꝫ.

De institutione sacri. b

Hic etiã alia consi
deranda occurrunt quattuor. s. sacrm̃ in
stitutio: forma: ⁊ res. Sacrm̃ dñs institu
it qñ post typicũ agnũ corp⁹ ⁊ sanguinez
Matth.xxvi. De ꝯse.di.ij. ca. q: corpus suũ discipulis in cena porrexit. Ũn Euse
bius emisen⁹. Quia corp⁹ assumptũ abla
turus erat ab oculis: ⁊ illaturus siderib⁹
necesse erat vt die cene sacrm̃ nob corpis
⁊ sanguinis ꝯsecraret: vt coleret̃ iugit̃ p
mysteriũ qd semel offerebat̃ in precium.

De forma. c

Forma vo ẽ quã
Matth.xxvi. ipse ibidẽ edidit dicẽs: hoc est corp⁹ meũ:
⁊ post. Hic est sanguis me⁹. Cum eñ hec
verba ꝓferũtur: ꝯuersio fit panis ⁊ vini
Amb. i li. de sacris. ⁊ allegat̃ d ꝯse. di. ij. c. panis. in sbam corpis ⁊ sanguis xp̃i: reliqua ad
laudẽ dei dicunt̃. Ũn Amb. Sermone
xp̃i h ꝯficit̃ sacrm̃: q: sermo xp̃i creaturã
mutat: ⁊ sic ex pane fit corp⁹ xp̃i: ⁊ vinuz
cũ aqua i calicẽ missum fit sanguis ꝯsecra
tione verbi celestis. Consecratio q̃bus fit
verbis: attende que sunt verba. Accipite
⁊ comedite ex eo omnes: hoc est corp⁹ me
um: ⁊ iterũ: Accipite ⁊ bibite ex hoc oẽs
hic ẽ sanguis meus. Per reliqua omnia
De ꝯse. di. ij. c. vtrũ sub fi. que dicunt̃ laus deo refertur: orõ ꝓmitti
tur ꝓ populo: ꝓ regibus. Item augusti.
Credendũ est q̃ in illis verbis christi sa
cramenta conficiant̃ reliq̃ oĩa nihil aliud
sunt q̃ laudes vel obsecrationes fideliuz

⁊ petitiones. Ecce q̃ sit institutio ⁊ forma
huius sacri. Ubi ꝯsideratiõe dignũ ẽ q̃re
illud sacrm̃ post cenã dedit discipul̃. Dñs
igit̃ ihs ad inuisibilia paterne maiestatis
migratur⁹ celebrato cũ discipulis typico pascha: quoddã memoriale eis cõmedã
re volẽs: sb spẽ panis ⁊ vini: corp⁹ ⁊ san
guinẽ suũ ita eis tradidit: vt ostenderet le
gis veteris sacra: iter q̃ p̃cipuũ erat agni
paschal̃ sacrificiũ in morte sua terminari ac
legis noue sacra sbstitui: i q̃b⁹ excellit my
steriũ eucharistie. Ideo etiã post alia de
dit vt hoc vnũ arti⁹ memorie discipulorꝫ
infigeret̃: ⁊ ab ecclia deinceps freq̃ntare
tur. Sz nõ exinde disciplinã sanxit in po
steriũ vt post alios cibos sumat̃: s potius
a ieiunis sumi optz: sic apl̃s docet: vt sin
gulari reuerẽtia dijudicet̃. i. discernat̃ ab
alijs cibis: qd dñs apl̃is disponẽdũ reliq̃t
Ũn Aug⁹. Appet cũ primo acceperũt di
scipuli eucharistiã non eos accepisse ieiu
nos: nõ ideo tñ calũniãdũ est vniuerse ec
clesie q̃ a ieiunis sumit̃ sp. Placuit enim
spũiscto vt in honore tãti sacri prius in os
xp̃iani dñicũ corp⁹ itraret q̃ alij cibi: ideo
vbiq̃ mos iste s̃uat̃. Nõ ei q: post cibos
dedit dñs: iõ prãsi vel cenati illud accipe
debent vt illi faciebant q̃s apl̃s redarguit
Nã saluator quo vehemẽti⁹ cõmendaret
mysterij illi⁹ altitudinẽ: vltimũ hoc volu
it infigere cordibus ⁊ memorie discipulo
rum a q̃bus ad passionẽ digressurus erat
Quo aũt ordine deinceps sumeret̃ apl̃is
per quos ecclesias dispositur⁹ erat reser
uauit docendum.

De sacramento ⁊ re. d

Nunc quid ibi sa
cramẽtũ sit ⁊ q̃d res videam⁹. Sacramẽ
tum est inuisibilis gratie visibilis forma.
Forma ergo panis ⁊ vini que ibi videtur
est sacramẽtum. i. signum sacre rei: q: pre
ter speciem quã ingerit sensibus aliquid
aliud facit in cognitiõz venire. Tenent ḡ
species vocabula rerũ que ante fuerũt scz
panis ⁊ vini. Huius aũt sacramẽti gemi
na est res: vna. s. contenta ⁊ significata: al
tera significata ⁊ nõ contenta. Res contẽ
ta ⁊ significata est caro xp̃i quã de virgi
ne traxit ⁊ sanguis quem pro nobis fudit
Res autem significata ⁊ non contenta est
vnitas ecclesie in predestinatis: vocatis
iustificatis ⁊ glorificatis. Hec est duplex
caro christi ⁊ sanguis. Unde Hieronym⁹

Quare p⁹ alium cibũ dedit corp⁹ ⁊ sanguinẽ discipulis.

j. Cor. xi.

Aug. in li. retractationum ad ianuarium De ꝯse. di. ij. c. liq̃do appet.

j. Cor. xi.

Aug. de ciuitate dei.

Greg. i omel. pascali: ⁊ habet̃ de ꝯse. di. ij. c. species.

Rom. viij.

Hero⁹. super epl'a ad eph. de ɔse. dist. ij. c. dupliciter. Joh. xix. Joh. vj.

Dupliciter inquit itelligit̃ caro xp̃i ⁊ sanguis ei⁹: vel illa que crucifixa est ⁊ sepulta ⁊ sanguis qui militis lancea effusus est vel illa spũalis ac diuina de q̃ ip̃se ait. Caro mea vere ē cibus: ⁊ sanguis me⁹ vere est potus: ⁊ nisi māducaueritis carnē meam ⁊ biberitis meũ sanguinē nō habebitis vitā in vobis. Sũt ergo hec tria distinguēda: Unũ qđ tm̃ ē sacr̃m: alteruʒ qđ est sacr̃m ⁊ res: ⁊ tertiũ qđ ē res ⁊ nō sacr̃m Sacramētũ ⁊ nō res ē spēs visibilis panis ⁊ vini. Sacr̃m ⁊ res caro xp̃i ꝓpria ⁊ sanguis Res ⁊ nō sacr̃m mystica ei⁹ caro: porro illa spēs visibilis sacr̃m est gemine rei quia vtrāq; rē significat: ⁊ vtriusq; rei similitudinē gerit exp̃ssam. Nā sicut panis p̃ ceteris cibis corpus reficit ⁊ sustentat: ⁊ vinum hoiem letificat atq; inebriat: sic caro xp̃i interiorē hoiem plus ceteris gratijs spũaliter reficit ⁊ saginat. Un̄ calix meus inebriās q̃ p̃clarus est. Habet etiā similitudinē cũ re mystica q̄ est vnitas fideliũ: q: sicut ex multis granis ɔficit̃ vnus panis; ⁊ ex pluribus acinis vinũ in vnũ cōfluit: sic ex multis fideliũ p̃sonis vnitas ecclesiastica constat. Un̄ apl's. Unus panis ⁊ vnũ corpus multi sumus ⁊c̃. Un̄ Aug⁹. Un⁹ panis ⁊ vnuʒ corpus eccl'ia dr: p eo q; sicut vnus panis ex multis granis ⁊ vnũ corpus ex multis mēbris cōponit̃: sic eccl'ia ex multis fidelibus charitate copulāte cōnectit̃. Hoc mysteriuʒ pacis ⁊ vnitatis nr̃e xp̃s in sua mēsa ɔsecrauit: q̃ accipit h' mysteriũ vnitatis ⁊ nō tenet vinculũ pacis nō accipit h' mysteriũ p se s; ɔtra se. Cui⁹ etiā sacr̃m est corp⁹ xp̃i ꝓpriũ de virgine sumptũ: q: vt corp⁹ xp̃i ex multis mēbris purissimis ⁊ imaculatis ɔstat: ita societas ecclesiastica ex multis p̃sonis a criminali macula liberis ɔsistit. In cui⁹ rei typo facta est arca dñi de lignis sethim: q̄ sunt imputribilia ⁊ albe spine similia.

ps. xxij.

i. Cor. x. Aug. d' sacra mētis fideliũ

De ɔse. di. ij. ca. q. passus. J. dñs nr̃. Eph. v. Aug. de blasphemia spũs sancti

Exod. xxv.

De trib⁹ q̃ hic sũt distingui.

Ista ē distinctio. viij. hui⁹ quarti libri: in q̄ mgr̃ postq̃ terminauit de sacramētis baptismi ⁊ ɔfirmatiōis: incipit hic determinare de sacramēto eucharistie: Et tria facit. Primo enim determinat quō sumentes ip̃m sacr̃m reficit. Secundo qñ xp̃s ip̃m istituit. Tertio q̃d in eucharistia sit sacr̃m: ⁊ q̃d res distinguit. Primũ vsq; ibi: Hic etiā sũt alia. Scđm vsq; ibi: Nũc q̃d ibi sacr̃m sit. Tertiũ vsq; ad finē di. In spe. sen. ⁊c̃. Sicut baptism⁹ vicia extinguit ita eucharistia spiritualiter reficit. Hāc mgr̃ insinuans ꝓponit primo q; post sacr̃m baptismi ⁊ ɔfirmatiōis: agēdũ ē de sacramēto eucharistie: p qđ spũaliter reficimur ⁊ in ipso ɔfirmamur In ipso eñi nō solũ ɔferũtur gr̃e ⁊ virtutis augmēta: sed etiā ille totus sumit̃ q̄ est totius gratie fons ⁊ origo. Fuit aũt hoc sacramētũ figuratũ tp̃e legis per mānā: sʒ ⁊ sacramētũ baptismi in mari rubro: tp̃e aũt xp̃i p sanguinē q̄ de latere eius fluxit sic baptismus p aquā q̄ etiā inde manauit. Ante legē vero p oblationē panis ⁊ vini factā a melchisedech. Magister etiā ponit alias ɔuenientias huius sacr̃i ad manna. Et ostēdit mgr̃ quō illo est excellentior sicut patet in lr̃a. Scđa ꝓpositio ē hec: Sacr̃m eucharistie xp̃s istituit qñ suũ corpus ⁊ sanguinē suis discipulis in cena porrexit. Hanc magister insinuās dicit q; hoc sacr̃m istitutũ est a xp̃o in cena post esũ agni paschalis tp̃e quo xp̃s p̃ntiam corꝑalem erat discipulis subtracturus. Postea dicit q; forma huius sacramēti talis est quā ipse xp̃s met edidit. s. h' est corpus meũ ⁊ hic est sanguis meus. Ita q; cum hec v̾ba ꝓferunt̃ fit cōuersio panis ⁊ vini in substātiā corꝑis ⁊ sanguinis xp̃i. Cetera vero q̄ in missa dicunt̃ ad laudē dei dicunt̃: ⁊ p ea fit oratio ꝓ ppl'o ⁊ principibus. Un̄ nō sunt nisi laudes: obsecratōes ⁊ petitiōes fideliũ: quod auctoritatibus cōfirmat: postea reddit causam quare dñs hoc sacramētũ q̄si quoddā memoriale sue passionis post cenaʒ instituit celebrato typico cum discipulis suis pascha: vt scʒ ostēderet sacramēta veteris legis inter q̄ p̃cipuum erat q̃tũ ad significationē agni paschalis sacrificiũ in morte sua terminari: ⁊ noue legis sacramēta substituit inter que excellit eucharistie sacr̃ʒ post alia vero dedit refectionē agni paschalis: sic vt hoc sacr̃m artius discipuloruʒ memorie ifigeretur. Et q̃uis hoc sacr̃m a xp̃o fuit post cenaʒ datum: tamē qualiter deceterо sumendum esset discipulis reliq̃t ille a quo institutum fuit: vt. s. ꝓpter huius sacr̃i reuerētiā iste cibus priusq̃ alij cibi in os intret. Tertia ꝓpositio est hec In isto sacr̃o sunt tria ɔsideranda q̄ etiā inter se sunt prudenter distinguēda. Hāc magister intendens ostendit quid in eucharistia sit sacr̃m: ⁊ quid res sit: dicens q; sacramentum ē species visibilis sub forma panis ⁊ vini. Res vero huius sacramenti est gemina natura: cōtenta ⁊ signata: vt corp⁹ xp̃i verũ qđ de virgine traxit ⁊ sanguis quem pro nobis fudit: alia vero signata ⁊ nō ɔtenta: vt corpus xp̃i mysticũ qđ est vnitas ecclesie. Ex quibus vlterius cōcludit q; in hoc sacramento sunt tria distinguenda: vnum quod est tantum sacr̃m vt species visibilis ⁊ vinũ ⁊ panis. Aliud est qđ est sacramentũ ⁊ res: vt caro xp̃i vera ⁊ sanguis verus. Tertiũ v̾o ē qđ est res ⁊ nō sacramētũ vt corp⁹ xp̃i mysticũ. Primũ est sacr̃m gemine rei. s. corꝑis xp̃i veri ⁊ mystici: q: vtrāq; rē significat ⁊ vtriusq; rei exp̃ssam similitudinē gerit: sicut magister ostēdit vtpʒ in lr̃a. Scđm vero. s. corp⁹ xp̃i verũ ē res gemini sacramēti. s. spēi panis ⁊ vini ⁊ corꝑis xp̃i veri: sicut patet in lr̃a. Tertium vero est res vnius sacramēti ⁊ sacr̃m vnius rei. Et tm̃ in sp̃ali.

De duob⁹ modis māducādi.

Di. IX. De eucharistie sacro p cōparationē ad suscipientes, vl' māducātes

Aug. de verb dñi ⁊ habet̃ đ ɔse. di. ij. q̃d est xp̃m.

Et sicut duo sunt res illius sacr̃i: ita etiā duo modi manducādi. Un⁹ sacr̃alis. s. q̄ boni ⁊ mali edũt: alt' spũalis quo soli boni māducāt. Un̄ Aug⁹. Quid ē xp̃m māducare? Nō est hoc solũ in sacramēto corpus eius accipere: multi eñi indigne accipiunt: s; in ipso manere ⁊ habere ipsum in se manētem. Spũaliter eñi māducat q̄ in vnitate xp̃i ⁊ ecclesie quam sacramentuʒ significat manet. Nam q̄ discordat a chri

De ꝯse. di. ij. c. q̄. discor.

sto: nec carnē xp̄i māducat: nec sanguiez bibit: ⁊ si tāte rei sacr̄m ad iudiciū sui q̄tti die accipiat. Spūalē māducationē Aug. distiguēs a sacramētali ait:

De ꝯse. di. ij. vt quid.

Ut q̄d paras vētrē ⁊ dētē: crede ⁊ māducasti. Credere eñ in eū h̄ est comedere panem ⁊ vinum. Qui credit in eū māducat eū. Itez. Quō manducandus est xp̄s? Quō ipse dicit.

Aug⁹. ī li. de remedio pnīe de ꝯse. dis. ij. c. quō. Joh. vj. de ꝯse. dis. ij. Aug⁹ de sacramētis fidelium. De ꝯse. di. ij. ca. q̄ passus §. dn̄s nr̄.

Qui māducat carnē meā ⁊ bibit sanguiez meū in me manet ⁊ ego in eo. Si i me manet ⁊ ego in eo: tūc bibit: q̄ vero in me manet nec ego in illo: ⁊ si accipit sacr̄m: acq̄rit magnū tormētū. Itē. Nulli ambigendum est tūc quēq̄ corpis ⁊ sanguinis dn̄i p̄ticipē fieri qñ xp̄i membrū efficitur: nec alienari ab illius panis calicisq̄ ꝯsortio: etiā si anteq̄ illū panē edat ⁊ calicē bibat de h̄ seculo in vnitate corpis xp̄i ꝯstitut⁹ abscedat: q̄ illi⁹ sacramēti bñficio nō priuat̄: qñ ille hēre h̄ qd̄ illud sacramētum significat iuenit̄. In illo eñ sacramēto corp⁹ ⁊ sanguinē suum nobis cōmendauit qd̄ et fecit nosipsos. Nam ⁊ nos corpus ipsius facti sumus.

De ꝯse. di. ij.

Item: Qui discordat a xp̄o non manducat carnem eius: nec sanguinem bibit: ⁊ si tāte rei sacramētū ad iudicium sibi quotidie accipit.

De errore quorūdam q̄ dicunt a bonis tm̄ corpus xp̄i sumi. b

Hec verba et alia hm̄oi vbi de spūali māducatiōe agit̄ q̄dā obtuso corde legentes erroris caligine inuoluti sunt adeo vt p̄sumpserit dicere corpus ⁊ sanguinē xp̄i a bonis tm̄ sumi ⁊ nō a malis. Sed indubitanter tenendum est a bonis sumi: nō modo sacramētaliter ſ ⁊ spūaliter. A malis vero tm̄ sacramētalit̄ id est sub sacramēto. s. sb specie visibili carnem xp̄i de virgine sumptam ⁊ sanguinē p̄ nobis fusum sumi: ſ nō mysticam q̄ tm̄ bonoꝝ est. Qd̄ subditis p̄batur testimoniis.

Greg. in. iiij. li. dialogoꝝ.

Greg. Est q̄dē in peccatoribus ⁊ idigne sumētibus vera xp̄i caro ⁊ verus sanguis: ſ essentia nō salubri efficientia.

Aug. de verb euāgelij. j. Coꝛ. xj.

Itez Aug. Multi idigne accipiūt corpus dn̄i de q̄bus apl's ait: Qui manducat ⁊ bibit calicē dn̄i indigne: iudiciū sibi māducat ⁊ bibit. Per qd̄ docemur q̄ sit cauēdū male accipe bonum. Ecce eñ factū est malū dum male accipit̄ bonū: sicut ecōtra apostolo factū est bonū: cū bene accipit̄ malū

ij. Coꝛ. xij.

scz dum stimulus sathane patienter portatur: ḡ ⁊ mala p̄sunt bonis: sicut angel⁹ sathane paulo: ⁊ sancta obsunt malis: bonis sunt ad salutez: malis ad iudiciū. Vñ qui manducat ⁊ bibit indigne iudicium sibi manducat ⁊ bibit: nō q̄ res illa mala ē sed q̄ malus male accipit qd̄ bonum est.

Aug. de ꝯse. di. ij. sic iudas

Idez. Indigne q̄s sumēs corpus xp̄i nō efficit: vt quia malus est malum sit qd̄ accipit: vel q̄ nō ad salutē accipit nil accipiat. Corpus eñ ⁊ sanguis dn̄i nihilomin⁹ erat in illis quibus ait apostolus: qui manducat indigne ⁊c̄.

j. Coꝛ. xj.

His aliisq̄ pluríb⁹ aperte ostenditur: q̄ etiam a malis verum corpus xp̄i ⁊ sanguis sumitur: ſ sacramentaliter non spiritualiter.

De intelligentia quorundā verborum ambiguoꝝ. c

Scd̄m hos duos modos sumendi intelligentia quorundā verboꝝ ambigue dictoꝝ distinguēda est.

In gl. j. coꝛ. xj. Quotiens cūq̄ rem.

Ait eñ Aug. Bonus accipit sacramentū ⁊ rem sacramenti: malus vero sacramētū ⁊ non rem. Sacramētum hic dicit corp⁹ xp̄i propriū de virgine natum. Rem vero spūalem xp̄i carnē. Bonus ergo vtrāq̄ xp̄i carnez accipit. Malus vero tātū sacramētum: id est corpus xp̄i sb sacramēto ⁊ non rē spūalem. Itē. Non maducās manducat ⁊ manducans non manducat: quia nō manducans sacramentaliter aliquando manducat spūaliter ⁊ ecōuerso. Et qui māducant spūaliter veritatez carnis ⁊ sanguinis dicunt̄ sumere: q̄ ipsam efficientiam habent: id est remissionē peccatorum pro qua videtur orari cū dicit̄:

In cōplenda misse

Perficiāt in nobis domine quesum⁹ tua sacramēta quod continent: vt qd̄ nūc specie gerimus: rerū veritate capiamus. Rerum veritatē dicit ipsam efficientiam quasi dicat p̄ hec sacramēta presta: vt sicut sacramentaliter carnē xp̄i sumimus: ita spiritualiter sumam⁹. Vel petit sacerdos vt xp̄s qui nūc vere sb specie panis ⁊ vini sumit̄ manifesta visione sicut i essentia diuinitatis est quādoq̄ accipiat̄. Constat ergo a bonis ⁊ a malis sumi corpus xp̄i: ſ a bonis ad salutem: a malis ad perniciem.

Ista est distinctio. ix. hui⁹ quarti libri: In qua mgr̄ postq̄ egit de esse huius sacramenti ſm se: hic determinat de eo q̄tū ad vsum ei⁹: ⁊ tria facit. Primo suum intentum proponit. Secūdo quosdam errores excludit. Tertio quasdam auctoritates dubias exponit. Primum vsq̄ ibi: Hec verba ⁊ alia. Scd̄m vsq̄ ibi: Scd̄m hos duos modos. Tertiū vsq̄ ad finem distinctionis. In speciali snīa mgr̄i stat in hac ꝓpōne Corpus xp̄i quidam

manducant sacramētaliter: quidā spūaliter: q̄dam vtroq̧ modo realiter. Hanc igr̄ insinuās ꝓponit ꝑmo q̄ s̄m duas res huiꝰ sacri sunt duo modi manducādi. vnꝰ sacralis q̄ ꝯsistit in susceptiōe ipsiꝰ sub visibili sacro. s. sub specie panis ⁊ vini. Alius spiritualis q̄ cōsistit in vnione ad xp̄m in sacro cōtentū. Vñ ille spūaliter mādučat q̄ in vnitate xp̄i et eccl'ie q̄ sacr̄m significat manet: ⁊ ideo soli boni māducāt spūaliter. Sacramētaliter manducare pñt tā boni q̄ mali: tñ mali ad suū iudiciū sumūt: qd̄ autoritatibus ꝯfirmat. Postea dicit q̄ rōne quorundā autoritatū q̄dam posuerūt q̄ a malis corpus xp̄i nō sumit̄ qd̄ ōndit esse falsum multis autoritatibus q̄ dicunt hoc sacramentū sumi ⁊ a bonis ⁊ a malis: sed a bonis sacramētaliter vl' spūaliter: a malis vo tm̄ sacramentalit̄. Ultimo dat intellectū cōtrariū quarundā autoritatū: que sunt dubie vbi ostēdit q̄ nō spēs panis ⁊ vini: sed etiā ip̄m corpꝰ christi verum potest dici verū sacramentuz: ⁊ ex hoc procedit ad expositionē illaꝝ duaꝝ autoritatū in fine cōcludēs intentū. s. q̄ hoc sacramentū tam a bonis q̄ a malis sumitur. Et tm̄ in speciali.

De heresi alioꝝ qui dicūt corpꝰ xp̄i nō esse i altari nisi i signo. a

DI. X De sacro eucharistie q̄tū ad cibū q̄ mādučat̄. rñdēs sophisticis rationibꝰ illorū q̄ dicunt corpus xp̄i vere i altari nō esse.

Sunt itez alij s ꝑcedentiū insaniā transcēdentes qui dei vtutē iuxta modū naturaliū reruz metientes: audatiꝰ ac piculosius veritati ꝯtradicūt: asserentes in altari nō esse corpus xp̄i vel sanguinem: nec substātiā panis vel vini i sustātiā carnis ⁊ sanguis ꝯuerti: s̄ ita xp̄m dixisse. h̄ est corpus meū: sic ap̄ls dixit: petra autē erat xp̄s. (i. Cor. x.) Dicūt em̄ ibi esse corpꝰ xp̄i tm̄ in sacro. i. in signo ⁊ tm̄ i signo manducari a nobis. (Augꝰ. super psal. iij. ⁊ habet̄ ꝯ ꝯse. di. ij. c. ꝑma inq̄t Joh. vj.) Qui errādi occasionē sumunt a verbis veritatis vnd̄ prima heresis facta est i discipulis xp̄i. Cū em̄ diceret: Nisi quis mādūcauerit carnē meā ⁊ biberit sanguinē meū nō habebit vitā eternam. Illi nō intelligentes dixerunt: durꝰ ē hic sermo: q̄s potest eū audire? ⁊ abierunt retro. Illis discedentibus instruxit duodecim q̄ remanserāt. Spūs est inq̄t q̄ viuificat: caro nihil ꝓdest. verba q̄ locutꝰ sum vob̄ spūs ⁊ vita sunt. Intellexisti spūaliter: spūs ⁊ vita sunt. Intellexisti carnalit̄ etiā sic spūs ⁊ vita sūt s̄ tibi nō sunt. Spiritualit̄ intellige q̄ locutꝰ sum. Nō h̄ corpus qd̄ videtis manducaturi eꝰis et bibituri: illū sanguinē quē fusuri sunt q̄ me crucifigēt. Sacramentū aliqd̄ vobis cōmendaui. spūaliter intellectū viuificabit vos: caro aūt nō nō ꝓdest q̄cq̧. Sūt etiā ⁊ alia illoꝝ insanie fomitē mistrātia. Ait em̄ Aug. (Augꝰ. super psal. liiij.) Donec seculū finiat̄ sursum est dñs: sed tñ etiā h̄ nobiscū est veritas dñs Corpus em̄ in quo resurrexit in vno loco esse oportet: vitas aūt eius vbiq̧ diffusa est. Item Una ꝑsona est deꝰ ⁊ hō: vbiq̧ (Aug. ad Dardanum.) per id qd̄ est deus in celo: ꝑ id qd̄ hō est christus Dicit etiaz: Pauperes semꝑ habetis vobiscum: me aūt nō semꝑ habebitis. (Matth. xxvj) His alijsq̧ vtuntur ꝑfati heretici in assertionem sui erroris.

Determinatio ꝑmissoꝝ. b

Que ex eadem ratione oīa accipiēda sunt: nō em̄ vbis his negat̄ veꝝ corpꝰ xp̄i a fidelibꝰ sumi vl' in altari esse: s̄ his vitas ap̄los ⁊ i eis nos instruxit q̄ ipsiꝰ corpꝰ non ꝑ partes discerptū vt putauerūt illi discipuli q̄ retro ierūt s̄ integrū. nec visibilit̄ in forma hūana: s̄ inuisibiliter sub forma panis ⁊ vini corpus ⁊ sanguinē nobis traderet. (Joh. vj. Joh. vj.) Queꝫ sensum Aug. cōfirmat dicens: Ip̄m quidē ⁊ non ip̄m corpꝰ qd̄ videbat̄ manducat̄. ip̄m q̄dē inuisibilit̄: nō ip̄m visibilit̄. (in ep̄la ad hyreneum et habet̄ ꝯ ꝯse. di. ij. nō hoc.) Item. Et si necesse est illud visibilit̄ celebrari necesse est tñ īuisibilit̄ intelligi. Ita etiā intelligendū est corpꝰ xp̄i esse in vno loco. s. visibiliter i forma humana. vitas tamē eius. i. diuinitas vbiq̧ est. veritas etiā eius. i. veꝝ corpus in omni altari est vbicūq̧ celebrat̄. Sic etiā illud intelligēduz est. pauperes semꝑ habetis vobiscū (Matth. xxvj) me aūt nō sꝑ habebitis s̄m corpalē ꝑsentiā. s. qua cū eis ꝯuersabat̄. Siīr ꝑ id qd̄ hō est in celo est scꝫ visibiliter: inuisibilit̄ aūt est in altari: q̄ nō in forma hūana apparet s̄ forma panis et vini operit̄. Vnd̄ et inuisibilis caro eius d̄r q̄ vere est in altari. Sed q̄ in specie sua nō apparet: inuisibilis d̄r. Ait em̄ Aug. h̄ est qd̄ dicimus qd̄ modis omnibꝰ approbare cōtendimꝰ (Augu. in lib. sniaꝝ ꝓsperi ⁊ habet̄ ꝯ cōse. di. ij. ca. h̄ est.) sacrificium ecclesie duobꝰ confici: duobꝰ constare: visibili elementorum specie: et inuisibili dñi nostri iesu xp̄i carne et sanguine: sacramēto et re sacramēti. i. corpe xp̄i: sicut ⁊ xp̄i ꝑsona ꝯstat ⁊ cōficitur ex deo ⁊ homie. cū xp̄s sit verus deus ⁊ hō q̄ oīs res illaꝝ reꝝ naturā et vitatē in se cōtinet ex quibꝰ cōficit̄. Conficit̄ aūt sacrificiū eccl'ie duobus: sacramēto ⁊ re sacramenti. i. corpe xp̄i. Est ḡ sacramentū et res sacramēti idem corpꝰ xp̄i. Ecce inuisibil̄ dixit carnē xp̄i: q̄ forma panis opta sumit̄ ⁊ tractat̄. Idemq̧ corpꝰ christi dixit esse sacr̄m ⁊ rem: ex q̄ confirmat̄ qd̄ supra diximꝰ. Deide addit qd̄ magis mouet lectorē. Caro inquit eius est. quā sub (Ibid̄ vbi. s.)

forma panis optā i sacro accipim⁹: ⁊ sanguis ei⁹ quē sb vini specie ac sapore potamus. caro vicȝ carnis et sanguis sacrm̄ ē sāguis: carne ⁊ sāguie vtroqȝ iuisibili itelligibili ⁊ spūali significaꝛ corp⁹ xp̄i visibile ⁊ palpabile: plenū grā ⁊ dīna maiestate

Que sit intelligētia p̄missoꝝ. C

Attēde his diligēter q: tropo q̄dā vtiꝛ h Aug. q̄ solēt res significātes reꝝ sortiri vocabula q̄s significāt. Hic ei visibil' spēs panis vocaꝛ noīe carnis: ⁊ visibil' spēs vini noīe sanguis. Inuisibil' ꝟo ⁊ itelligibil' dꝛ caro xp̄i: q: s̄m illā spēm nō videꝛ caro s itelligiꝛ: ita ⁊ sanguis. Caro ḡ iuisibil' dꝛ eē sacrm̄ carnis visibil': q: spēs pāis s̄m quā illa nō videꝛ caro ē sacrm̄ carnis visibil'. q: i carne iuisibili .i. specie s̄m quā caro xp̄i ñ videtur caro: significaꝛ corp⁹ xp̄i qđ ē visibile ⁊ palpabile vbi in sua forma apparet.

De ꝯse. di. ij. hoc ē qđ dicimus. ḡ. sic. ḡ.

Ita ⁊ đ sāguie accipi dꝫ. Quē sensū ꝯfirmat Aug. apiens q̄liꝛ p̄dicta intelligēda sint: q: obscure dixerat: ꝯñr dicēs ita panē vocari corp⁹ xp̄i cū vere sit sacrm̄ corporis xp̄i qđ i cruce positū ē: sicʒ ipa imolatio q̄ fit manib⁹ sacerdotis vocaꝛ xp̄i passio nō rei ꝟitate s significādi mysterio: et sic sacrm̄ fidei dꝛ fides. Satis rñsum ē hereticis ⁊ obiectōib⁹ eoꝝ q̄ negāt veꝝ corpus xp̄i i altari eē ⁊ panē i corp⁹ vel vinū in sanguinē mystica ꝯsecratiōe ꝯuerti dicētes. Quis audeat māducare dn̄m suū? Quis etiaȝ audeat dicere q̄tidie formari corpus xp̄i de materia vl' substantia que nō fuit caro virginis.

Autoritatibus ꝓbat verum corpus xp̄i esse in altari ⁊ in id panē conuerti. D

Aug. in li. de sacramentis.

Hec et his similia obij́cīūt illi i diuio mysterio legeȝ nature sectātes: q: ꝓsidiā sb̄dita ꝯuicūt testimonia. Ait ei ꝟitas: Accipite h ē corp⁹ meū.

Matth. xxvj

Amb. đ ꝯse. di. ij. reuera.

Itē Amb. Si tm̄ valuit sermo Helye vt ignē đ celo dponeret: nō valebit tm̄ s̄mo xp̄i vt sb̄as mutet? De toti⁹ mūdi opibus legiꝛ: q: ipe dixit ⁊ facta sunt ⁊c.

Gen. j.

Sermo igiꝛ .i. fili⁹ q̄ potuit ex nihilo facere qđ nō erat: nō p̄t ea q̄ sūt i id mutare qđ ñ erāt? Nō ei min⁹ ē creare q̄ȝ mutare nouas naturas reꝝ.

Amb. in li. đ sacramentis.

Itē Si ordinē q̄rim⁹ viro mixta femia generare ꝯsueuerat. liq̄t ḡ q: p̄ter nature ordinē ꝟgo generauit: ⁊ h qđ ꝯficim⁹ corp⁹ ex ꝟgine ē. Quid ḡ h q̄ris nature ordinē i xp̄i corpe: cū p̄ter naturā sit ipē p̄t⁹ ex ꝟgie? Itē Añ bn̄dictōeȝ alia spēs noiaꝛ: p⁹ ꝯsectionē corp⁹ significaꝛ. Añ ꝯsectionē aliđ dꝛ: p⁹ ꝯsectionē sāguis nūcupaꝛ. Tu dicis amē .i. veꝝ ē qđ s̄mo sonat affect⁹ sētiat.

Aug. in lib. sniaꝝ ꝓsperi.

Itē Aug. In spē pāis ⁊ vini quā videm⁹: res iuisibiles .i. carnē ⁊ sāguinē honoram⁹: nec siłr p̄dim⁹ has duas spēs sic añ ꝯsectionē p̄debam⁹ cū fideliꝛ fateamur añ ꝯsectionē panē esse ⁊ vinū qđ nā formauit. p⁹ ꝯsecrationē ꝟo carnē xp̄i ⁊ sāguinē qđ bn̄dictio ꝯsecuit.

Amb. in li. de sacramētis.

Itē Amb. Panis ē i altari vsitat⁹ añ verba sacra. vbi accessit ꝯsecratio: đ pane fit xp̄i caro. Quō āt p̄t qđ panis ē esse corp⁹ xp̄i? Cōsecratiōe q̄ fit s̄mōe xp̄i.

Idē. vbi. s.

Itē Si tāta vis ē in s̄mōe dn̄i vt incipiāt eē q̄ nō erāt: q̄to magis opatori⁹ ē: vt sint q̄ erāt ⁊ i aliđ cōmuteꝛ. Et sic qđ erat pāis añ cōsecratiōeȝ: iā corp⁹ xp̄i ē p⁹ ꝯsectionē: q: sermo xp̄i creaturā mutat ⁊ sic ex pane fit corp⁹ xp̄i ⁊ vinū cū aq̄ i calicē missū fit sāguis ꝯsectiōe ꝟbi celestis.

Aug. i s̄mō quodā de ... bis euāg...

Itē Aug. Sicꝫ p spm̄ scm̄ ꝟa xp̄i caro sine coitu creaꝛ: ita p eūdē ex sb̄a pāis ⁊ vini idē corp⁹ xp̄i et sāguis ꝯsecraꝛ. Corp⁹ xp̄i ⁊ ꝟitas ē et figura. Ueritas dū corp⁹ xp̄i ⁊ sāguis ꝟtute spūsscti ex pāis viniqȝ sb̄a efficiꝛ. Figura ꝟo ē id qđ exteri⁹ sentiꝛ.

Eusebi⁹ emisenus. đ ꝯse. di. ij. q: corp...

Itē Eusebi⁹ emisen⁹. Inuisibil' sacerdos visibiles creaturas i sb̄am corpis ⁊ sāguis sui ꝟbo suo secreta p̄tāte cōmutat. Ex his alijsqȝ plurib⁹ ꝯstat veꝝ corp⁹ xp̄i ⁊ sanguinē in altari esse imo integruȝ xp̄m ibi sub vtraqȝ specie ⁊ substantiā panis in corp⁹ viniqȝ substātiā in sanguinē conuerti.

Ista est distinctio .x. hui⁹ q̄rti libri: in q̄ mgr̄ postq̄ egit đ sacro i se ⁊ de vsu ei⁹ q̄tū ad suscipiētē. hic aūt determīat de esse ei⁹ q̄tuȝ ad spēm i altari ꝯtentā. et tria facit. Primo errorē q̄rūdā ꝓpōit. Scđo q̄rūdā autoritatū solutionē subdit. Tertio q̄rūdā autoritatū explanationē ānectit partes patent intuenti textū hui⁹ distin. In spāli snīa mgr̄i stat i ista ꝓpōne: Ex fide ꝯstat veꝝ corpus eē i altari imo itegꝝ xp̄m sub vtraqȝ spē ꝯtineri. Hāc mgr̄ p̄tendēs ꝓpōit q̄sdā intātū errasse q: dicerēt veꝝ corp⁹ xp̄i nō eē i altari: sȝ solū sic sbi eē sic signatū i signo: ⁊ h dicūt dn̄m notasse i euāgelio Johis cū dixit sūptionē hui⁹ nō corpalr̄ sȝ spūalit' eē intelligēdā vbi đ h loq̄ns ait: Uerba q̄ ego loq̄r vob spūs ⁊ vita sūt: h idē ꝯfirmat aucte b. Aug. et vlteri⁹ p idē qđ dn̄s dixit in matheo paupes sp habebitis vobiscū: me aūtē nō sp habebitis. sp eñ ip̄m haberem⁹ si esset sp in altari. Postea rñdet q: dn̄s p illa ꝟba nō intēdit negare corpis sui ꝟitatē eē in sacro: sȝ significare q: nō visibiliꝛ i forma hūana: sȝ iuisibiliꝛ sb forma pāis ⁊ vini corp⁹ suū traderet sumēdū ⁊ ita nō sub spē corporali sȝ sub specie sacrali

et hāc opinionē mgr̄ sctōꝝ autoritatibus ꝯfirmat. Postea dicit ꝙ Aug. dicit in quadā autoritate ꝙ sumat corpꝰ xp̄i visibile: qđ sic intelligēdū est. i. sumitur corpꝰ qđ de sui natura ē visibile. Ultimo ponit multas autoritates in quibꝰ habet ꝙ panis ⁊ vinū ꝑ ꝟtutē ꝟbi dn̄ici trāssubstātiatur in veꝝ corpꝰ xp̄i et sanguinē et ꝙ totus xp̄s integer sub vtraqꝫ specie existit. Et tm̄ in speciali.

DI. XI De Eucharistie sacro. per cōparationez ad dispensantes vł ꝯficientes: ⁊ p̄mo de ꝯsecratione.

De modo cōuersionis. a

Si aūt querit̄ q̄lis sit illa ꝯuersio: an formalis an sb̄stātialis vł alterius generis diffinire nō sufficio. Formalē tm̄ nō eē cognosco: q: spēs reꝝ q̄ an̄ fuerāt remanent ⁊ sapor ⁊ pōdus. Quibusdā eē videt̄ sb̄stātialis dicētibꝰ sic sb̄am ꝯuerti in sb̄am vt hec essentialiter fiat illa. Cui sensui p̄misse autoritates cōsentire videntur.

Oppositio. b

Sed huic sentētie sic opponit̄ ab alijs. Si sb̄a pāis inquiūt vel vini ꝯuertit̄ sb̄alit̄ i corpꝰ vel sanguinē xp̄i q̄tidie fit aliq̄ sb̄a corpꝰ vł sanguis xp̄i q̄ an̄ n̄ erat corpꝰ: ⁊ hodie ē aliq̄d corpus xp̄i qđ heri non erat: ⁊ q̄tidie auget̄ corpꝰ xp̄i atqꝫ format̄ đ materia đ q̄ in cōceptiōe nō fuit factū. Quibꝰ h̄ mō r̄nderi pōt: q: nō ea rōne đr corpꝰ xp̄i ꝯfici ꝟbo celesti ꝙ ip̄m corpꝰ i ꝯceptu ꝟgis formatū deiceps formet̄: ꝫ q: sb̄a pāis vł vini q̄ an̄ n̄ fuerat corpꝰ xp̄i vł sāguis ꝟbo celesti fit corpꝰ ⁊ sāguis. Et iō sacerdotes dicunt̄ ꝯficere corpꝰ xp̄i ⁊ sanguinē q: eoꝝ misterio sb̄a pāis fit caro: ⁊ sb̄a vini fit sāguis xp̄i nec tn̄ aliq̄d addit̄ corpi vel sanguini: nec auget̄ corpꝰ xp̄i vł sanguis.

Augꝰ. in libro sn̄iaꝝ ꝓsperi. c

Si ꝟo q̄ris modū q̄ id fieri possit: breuit̄ r̄ndeo. Mysteriū fidei credi salubrit̄ pt̄: inuestigari salubriter nō pt̄. Ex q̄ corpꝰ xp̄i pāis mutatiōe in id nō augmētat̄ nec sanguis ex vini conuersiōe: eiꝰ volūtati ⁊ potētie ascribat̄ q̄ idem corpꝰ de virgine eduxit: fit ḡ sb̄a illa ista sine eiꝰ augmēto. Nec tn̄ concedūt quidam ꝙ substantia panis aliquādo fit caro xp̄i: ⁊ si fiat caro xp̄i: sicut farina facta est panis ⁊ aqua facta est vinū: nec tn̄ dicit̄ farina est panis et aqua est vinum: Alij vero cōcedūt illud quod erat panis vel vinū post ꝯsecrationē eē corpꝰ ⁊ sanguinem: nō tamē sequitur panis est caro xp̄i vel vinū est sanguis: quia substantia panis vel vini postq̄ facta ē caro xp̄i vel sanguis: nō est substantia panis vel vini ꝫ caro ⁊ sanguis. Ideo distinguendū videt̄: cū đr substātia panis: vel id qđ erat panis mō est corpꝰ xp̄i. Manens eñ panis nō est corpus xp̄i: sed mutata in id qđ facta est: est corpus xp̄i. Nec dicimꝰ substantiā panis vł vini materiā esse corpis vł sanguis dn̄i: q: nō de ea vt de materia format̄ corpus: ꝫ ipa format̄ in illud ⁊ efficit̄ illud. vn̄ Aug. Corpꝰ xp̄i dicimꝰ illđ quod ex fructibꝰ terre acceptum et prece mystica cōsecratum sumimus in memoriam dn̄ice passiōis. Qđ cum p manus hominis ad illā visibilē speciē pducat̄: non scificat̄: vt sit tam dignū sacramentuz nisi operante inuisibiliter spiritu dei. (Aug. in li. de trinita. et habet̄ đ ꝯse. di. ij. ca. corpꝰ ⁊.)

Asserunt quidā dictum panē trāsire in corpus christi. d

Quidam ꝟo sic dicunt conuersionē illam esse intelligendaz vt sub illis accidētibꝰ sub quibꝰ erat prius substātia panis ⁊ vini: post cōsecrationē sit substātia corpis et sanguinis: sic tn̄ vt nō eis afficiat̄: et sic asserunt dictū panē transire in corpus xp̄i: q: vbi erat panis nūc est corpꝰ xp̄i. Qđ si est: quid ḡ fit de substātia panis ⁊ vini? Illi dicūt vel in p̄iacentem materiam resolui vel in nihilū redigi. Alij ꝟo putauerūt ibi substantiam panis ⁊ vini remanere: ⁊ ibidē corpus xp̄i esse et sanguinē: et hac ratiōe dici illā substātiā fieri istam: q: vbi ē hec: est et illa: quod mirum est: et ipsam sb̄stātiam panis vel vini dicūt esse sacramentum. Sed ꝙ nō sit ibi substātia nisi corpꝰ xp̄i ⁊ sanguis ex p̄dictis et subditis aperte ostendit̄. Ait eñ Amb. Panem istum quem sumimus in mysterio: illum intelligo vtiqꝫ qui manu sanctispūs formatus est in vtero virginis: et igne passiōis decoctus in ara crucis. Panis eñ angelorum factus est cibus hominū. Unde veritas ait: Ego sum panis viuus qui đ celo descēdi: et iterum. Panis quē ego dabo caro mea est ꝓ mundi vita. Ex his nāqꝫ duabus sententijs aperte datur intelligi: quia panis ille et iste nō duo sed vnus panis et vna caro proculdubio vnū efficitur corpus. Illud vere: illđ sane quod sumptum est de virgine: quod resurrexit ⁊ in celum ascendit. Item Grego. Quis fideliū habere dubium possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem celos

(Amb. de sacramētis: ⁊ allegat de ꝯse. di. ij. ca. oīa q̄)

(Joh. vj.)

(Greg. i omel. paschali ⁊ hr̄ de ꝯse. di. ij. ca. quid sit sāguis.)

aperiri in illo xp̄i mysterio angelorum choros adesse: summa et ima sociari: vnū q̄d ex inuisibilib⁹ atque visibilib⁹ fieri. Idez Eodē momento et in celum rapitur ministerio angelorum cōsociādum corpori xp̄i et ante oculos sacerdotis in altari videtur. Sicut diuinitas verbi totū implet mundū ita multis locis illud corpus consecratur Nec sunt tamen multa corpa xp̄i: sed vnuz corpus et vn⁹ sanguis. Ideoque siue plus siue minus quis inde pcipiat: oēs equaliter corp⁹ xp̄i integerrime sumunt. Post cōsecrationē ergo nō est ibi substātia panis vel vini licet species remaneant. Est enī ibi species panis et vini sicut et sapor. Unde aliud videtur: aliud intelligitur.

Quare sub alia specie e

Sub alia aūt specie trib⁹ de causis carnē et sanguinez tradidit xp̄s et deinceps sumēdū istituit: vt fides .s. haberet meritū que ē de his q̄ nō vidētur: quia fides nō habet meritū vbi hūana ratio p̄bet experimentū. Et ideo etiaz ne abhorreret anim⁹ qd cerneret oculus quia nō habem⁹ i vsu carnē crudā comedere et sanguinē bibere. Quia ergo xp̄m vorari dētib⁹ fas nō est: i mysterio carnē et sanguinem nobis cōmendauit. Et etiā ideo ne ab incredulis religiōi xp̄iane insultaretur. vn̄ Aug⁹. Nihil rationabilius q̄ʒ vt sanguinis similitudinem sumamus: vt et ita veritas non desit: et ridiculū nullū fiat a paganis: quod cruorē occisi hois bibamus. Ne ergo hoc fieret et ne veluti q̄dā horror esset cruoris in silitudinē accipim⁹ sacrm. Ex premissis iā liquet quare sub alia specie et quare sub ista hoc sacramentū dn̄s celebrauerit et celebrari a nobis instituerit.

Greg. i omel. paschali.

Aug. de cōse. di. ij. c. sub figura.

Amb. i li. de sacramentis. et habetur de cōse. di. ij.

Quare sub duplici specie. f

Sz quare sub duplici specie sumitur cū sub alterutra tot⁹ sit xp̄s? Ut ostenderetur totā humanaz naturam assumpsisse: vt totā redimeret. Panis enī ad carnē refertur: vinum ad animā: quia vinum operatur sanguinem in quo sedes anime a phisicis esse dr: Ideo ergo in duabus speciebus celebratur: vt anime et carnis susceptio i xp̄o et vtriusque liberatio in nobis significetur. Ualet enim vt Ambro. ait ad tuitionē corpis et anie quod pcipimus: quia caro christi pro salute corpis: sanguis vero p anima nostra offertur: sicut p̄figurauit moyses: caro inde p corpore vestro offertur sanguis p anima sed tamē sub vtraque specie sumitur qd ad vtrāque valet. quia sub vtraque sumitur ipse tot⁹ christ⁹. Sed si in altera tm̄ sumeretur: ad alterius tm̄: id est anime vel corporis nō vtriusque pariter tuitionē valere significaretur. Sub vtraque specie tm̄ totus sumitur xp̄s. nec plus sub vtraque: nec minus sub altera tm̄ sumitur. Eadem enī ratio est vt ait Hylari⁹: in corpe xp̄i q̄ in manna p̄cessit De quo dr: Qui plus collegerat non habuit amplius: nec qui min⁹ parauerat habuit min⁹. Et licet sub vtraque specie sumatur totus xp̄s: tamē nō fit cōuersio panis nisi i carnē: nec vini nisi i sanguinē. Nec debent dici duo sacramenta sed vnuz quia sub vtraque specie idem sumitur. Neque debet iterari sacramentuz: quia benedictio non repetitur super speciem eandē. Neque alie substantie in sacrificium veritatis offerri debēt: quia de alijs nō potest cōsecrari corpus xp̄i vel sanguis.

Amb sup epistolam ad Corinthios .xj.

Hylari⁹ de cōse. di. ij. c. vbi pars est. Exod. xvj.

Quare aqua admisceatur. g

Aqua vero admiscēda est vino: quia aqua ppl̄m signat: qui per xp̄i passionē redēptus est. Calix ergo dominic⁹ iuxta canonum preceptū aqua et vino mixtus debet offerri: quia videm⁹ in aqua ppl̄m intelligi: in vino ostendi sanguinem xp̄i. Cum ergo in calice vino aqua miscetur: xp̄o populus adunatur: et credentium plebs ei in quem credit copulatur: que copulatio aque et vini sic miscetur in calice xp̄i: vt mixtio illa nō possit separari. Nam si vinum quis tm̄ offerat sanguis xp̄i incipit esse sine nobis.

De cōse. di. ij. ca. cum omne

Apoc. xvij.

Julius papa. h

Si vero queritur an irritum sit quod geritur si aqua preter mittatur. Audi quod sequitur in eodē canone. Non pōt inquit calix dn̄i esse aqua sola aut vinum solū nisi vtrūque misceatur. Itē Cyprian⁹. Calix dn̄i nō ē aq̄ sola aut vinū solū nisi vtrūque misceatur: sic nec corpus dn̄i pōt esse farina sola nec aqua sola nisi vtrūque fuerit adunatuz: et panis vnius compage solidatus. Si quis tamē nō intendēs introducere heresim obliuione vel ignorantia aquam pretermiserit non videtur esse irritum sacramentum: sed ille grauiter est corripiendus. Nā et greco

De cōse. di. ij. non debet.

Cyprianus de cōse. di. ij. ca. sic in sacri.

De ↄse.di.ij.ca.⁊ scͥptura.

rum ecclesia non apponere aquā d̄r: Qd̄ etiā ex dictis Cryppriani videt̄ posse colligi. ait em̄: Si q̄s de an̄cessoribus nostris vel ignorāter vel simplicit̄ nō h̄ seruauerit qd̄ nos dn̄s facere ⁊ exēplo ⁊ magisterio docuit: pōt simplicitati ei⁹ indulgētia dn̄i venia ↄcedi. Nobis vo nō pōt ignosci: q̄ nūc a dn̄o instructi sum⁹ vt calicem dn̄i cū vino mixtū: ſm qd̄ dn̄s obtulit offeram⁹. Ex h̄ videt̄ q̄ si q̄s simplicit̄ vel ignorant̄ vinū offerat sine aq̄ sacr̄m ↄficiat. Aq̄ vo nullaten⁹ sine vino pōt offerri i sacrificio: nec panis nisi de frumēto: nec granū frumēti nisi redactū fuerit in panē q̄ xp̄s ⁊ panē se dicit: ⁊ grano frumēti se cōparat.

Joh.vj.
Joh.xij.
Determiatio pmissorum.

Qd̄ g̊ supra dictū ē nō posse vinum solū offerri: d̄termiari opt̄et: recipit em̄ exceptionē. Nō pōt nisi simpl̄r vl̄ ig̊rāter fiat: vel nō pōt.i.nō d̄z. Quibusdā tn̄ videt̄ h̄ generalit̄ verū. Colligit̄ etiaz ex p̄dictis q̄ xp̄s vinū aq̄ mixtū dedit discipul̄. Corp⁹ vo tale dedit q̄le tūc habuit .i. mortale ⁊ passibile. Nūc vo sumit̄ a nobis imortale ⁊ impassibile: nec tn̄ maiorē h̄z efficiētiā.

Julius papa. q̄ intincta nō debet dari hostia populo: ⁊ habet̄ de ↄse. di.ij.ca. cum omne.

Eucharistia q̄̄ intincta non debet dari pp̄lo ꝓ supplemento cōionis: q̄ nō legit̄ xp̄s alicui discipuloꝝ prebuisse panē intinctū nisi iude. Tunc vo nō accepit iudas corpus christi sed tm̄ panē corpus vo ⁊ sanguinem christi ante cum aliis discipulis perceperat.

Ista ē distinctio.xj. hui⁹ quarti libri: In qua mgr̄ postq̄ egit d̄ sacramēto eucharistie q̄tū ad suū esse: hic determinat de eo q̄tum ad ei⁹ fieri. et tria facit. Primo em̄ ostēdit quō substātia panis ⁊ vini in veꝝ corp⁹ xp̄i transsubstantiat̄. Scd̄o quō ip̄m sub aliena specie occultatū fidelib⁹ sub vtraq̄ specie ministrat̄. Tertio quō discipulis in cena christi corpus passibile ⁊ mortale dabatur. Primū vsq̄ ibi: Sub alia autez specie. Scd̄m vsq̄ ibi: Corpus vo tale dedit. Tertiū vsq̄ ad finē distinctionis. In speciali sn̄ia magr̄i stat in trib⁹ propositionibus quarū prima est hec: Conuersio panis in corpus christi nō est formalis sed quibusdaz videtur esse substātialis. Hanc magister insinuans querit: qualis sit ista cōuersio panis ⁊ vini i corp⁹ christi: vtrum scilicet sit conuersio substantialis vel formalis vel alterius modi. Et dicit q̄ nō ē formalis eo q̄ species que prius erant permanent scilicet sapor: pondus: figura: albedo. Dicit autem postea q̄ quibusdam videtur q̄ sit conuersio ſm substātiā vel substātialis: eo q̄ substantia panis ⁊ vini essentialiter fit substantia corporis ⁊ sanguinis xp̄i. Postea ponit circa hoc quorundam obiectionez. si em̄ sic intelligatur conuersio: tunc quotidie aliqua substātia fit corp⁹ xp̄i ⁊ sanguis que an̄ nō fuerat et sic quotidie corpus xp̄i augetur. ⁊ de materia aliq̄ formatur de qua in conceptione nō fuerat factum. Et dicit magister sic ad hoc respōderi posse q̄ ↄfectio corporis xp̄i nō sit ſm nouā corporis formationem aut ꝑ ipsi⁹ corpis formati augmentationē: sed per quandam transsubstantiationē v̄tute diuina factā sine noua formatione aut augmēto. Postea dicit q̄ ſm opinionem istam cōceditur q̄ panis fit corpus xp̄i sicut farina fit panis: ⁊ sic panis fiat caro xp̄i sicut farina facta est panis ⁊ aqua facta est vinū: nec tamē dicit farina est panis ⁊ aqua est vinum. Alij vero ↄcedunt illud quod erat panis vel vinuz post cōsecrationem esse corpus ⁊ sanguinem: nō tamen manēs panis sed mutatum. Subdit autē q̄ panis nō habet se vt materia respectu corpis xp̄i. Postea dicit q̄ aliorum opinio est hanc ↄuersionem sic esse intelligendā: q̄ sub accidentibus sub quibus prius erat substantia panis ⁊ vini post cōsecrationem est substantia corpis ⁊ sanguinis xp̄i nō tamen vt illis afficiatur. Substantiam aūt panis ⁊ vini dicūt vel in preiacentē materiā resolui: aut in nihilū redigi. Dicit etiam mgr̄ q̄ alij dicūt. s. q̄ substantia panis et vini remaneāt cum substantia. s. corporis et sanguinis xp̄i: quā substantiā panis ⁊ vini dicūt eē sacramentum: ⁊ ex hac ratiōe hec substātia d̄r fieri illa: q̄ vbi est hec est ⁊ illa. Cōtra qd̄ obijcit per autoritates quibus dicit nihil ibi aliud esse q̄ substantiā corpis ⁊ sanguinis: ⁊ species pāis ⁊ vini. Secunda ꝓpositio est: Sub aliena specie corp⁹ christi tribus d̄ causis traditur: sed sub vtraq̄ specie xp̄s sumitur. Hāc magister ponens assignat triplicē rationē quare corpus xp̄i sub aliena specie occultatur seu sumitur. Prima est ad augendum fidei meritū que est de his que nō videntur. Secunda ad vitandum horrorem: quia non habemus in cōmuni vsu carnem crudam ⁊ sanguinem manducare. Tertia ne detur infidelibus irridendi occasio. Postea dic̄ q̄ illud sacramentum sumit̄ sub duplici specie: ideo vt anime ⁊ carnis susceptio i xp̄o ⁊ vtriusq̄ liberatio in nobis significaretur: ordinatur em̄ hoc sacramentum ad salutem corpis ⁊ anime. Addit etiā q̄ sub vtraq̄ specie totus xp̄s sumitur: nec tn̄ panis cōuertitur nisi in corpus: ⁊ vinum nisi in sanguinez. Subdit etiam q̄ in hoc duplex species vnitatē sacramenti non tollit: quia sub eadem specie idem sumitur: nec benedictio super eandem speciem debet iterari. nec de alijs substātijs q̄ de substātia panis ⁊ vini confici ⁊ consecrari debet corpus xp̄i et sanguis. Postea dicit q̄ aqua vino admiscenda est: ad significandum vnionem populi cuz capite xp̄o: que nullo modo sciēter debet omitti: q̄ dn̄s eā apposuit. Si quis aūt ex obliuione vel ignorantia omittat offerens vinū sine aqua conficit quidē sacramentū: q̄ etiā ſm cōsuetudinē aliquaꝝ ecclesiaꝝ dimittit̄ aqua: tamē grauiter corripiendus est. Subdit aūt q̄ aqua sine vino nullatenus offerri pōt i sacramēto: nec panis nisi de frumento: nec granū frumenti nisi redactū fuerit i panem: q̄ ip̄e xp̄s ⁊ grano frumēti se cōparat ⁊ panē se dicit. Tertia ꝓpositio ē hec: Quāuis xp̄us in cena dedit corpus passibile ⁊ mortale: tn̄ nūc sumitur impassibile et immortale. Hanc mgr̄ insinuat dicens: q̄ xp̄s dedit discipul̄ suis tale corpus q̄le tūc habuit. s. passibile ⁊ mortale. Addit etiā q̄ eucharistia intincta nō debet populo dari in supplementū cōmunionis. nam xp̄s panez intinctū nō dedit nisi iude q̄ nō accepit corpus xp̄i tūc sed tm̄ panē. an̄ tn̄ cū ceteris discipul̄ ꝑceperat corpus ⁊ sanguinē xp̄i. Et tm̄ in speciali.

Ubi illa accidētia fundent̄. a

DI. XII
De ↄsequentibus ad confectionē corpis xp̄i q̄tum ad fractionem.

I autem que

b ritur de accidētib⁹ q̄ remanēt id est de speciebus ⁊ sapore et

pondere in quo sbiecto fundetur: potius mihi videt fatendū existere sine subiecto ꝙ esse in sbiecto: quia ibi nō est substātia nisi corpis ⁊ sanguinis dñici q̄ nō afficit illis accidētibus. Nō em̄ corpus xp̄i talē habet in se formam sed qualis in iudicio apparebit. Remanent ergo illa accidentia p se subsistētia ad mysteriū ritū: ad gustus fidei ꝙ suffragiū: quibus corp' christi habēs formā ⁊ naturā suā tegitur.

De fractione ⁊ partibus. b

Solet etiaz queri de fractiōe ⁊ partitiōe que ibi videt fieri vtrū vera sit: ⁊ si ibi vera fractio ē: cui' rei sit vel i q̄ re fiat. Cūꝙ nō sit ibi alia sba ꝙ xp̄i. Si i aliq̄ sba est illa fractio i corpore xp̄i videtur esse. Sed ecōtra cuz ip̄m corpus incorruptibile sit: qr immortale ⁊ impassibile: in ip̄o nō posse esse videt. Naz et xp̄s redarguit carnalē sensum discipulorum qui putabāt carnem xp̄i sicut aliā in partes diuidendā et morsibus dilacerandam. Ideo quibusdā placet ꝙ nō sit ibi fractio sicut videtur: s dicit frangi qr videtur frāgi. Quib' obiicit qd ait Ambro. Nihil falsi putanduz est in sacrificio veritatis. vel sicut fit in magorū pstigiis vbi delusione quadam fallūtur oculi: vt videant esse quod non est. Ad hoc illi dicunt. Non fallit nos visus nec fallit qd esset si crederetur ita frāgi vt videt. Nec illusio est: quia ad vtilitatem fidei: nō ad dceptionē ita fit: sicut ⁊ xp̄s se ondit duobus discipulis in via i specie pegrini: nec in eo tamē talis forma erat: s oculi eorum tenebantur ne eum agnoscerent.

Joh. vj.

Opinio quorundam.

Luc. vltimo.

Aliorum opinio. c

Alii vo dicunt qd sicut ibi spēs panis ē et nō est ibi res cui' vel i qua sit illa species: ita est ibi fractio q̄ nō fit in aliq̄ re: quia nihil ibi frangitur quod mirabiliter dei potentia fieri dicūt vt ibi fiat fractio vbi nihil frangit.

Aliorum opinio. d

Alii tradūt corp' christi essentialiter frāgi ⁊ diuidi: ⁊ tamē integrū et incorruptibile existere. Quod se colligere asserūt ex confessione berēgarii qui cōfessus est coram Nicolao Papa et pluribus episcopis: panem ⁊ vinū que in altari ponunt post ꝯsecrationē non solum sacramentū s etiā verū corpus ⁊ sanguinē xp̄i esse: ⁊ sensualiter nō solū sub sacramēto: s in veritate manib' sacerdotū tractari et frangi: ⁊ fideliū dentib' atteri.

Confessio Berēgarii: ⁊ habet d ꝯse. di. ij. c. ego berē.

Sententia probabilior. e

Sed quia corpus xp̄i incorruptibile ē: sane dici potest fractio illa ⁊ partitio nō in substātia corpis: s in ip̄a forma panis sacramētalit fieri: vt vera fractio ⁊ partitio sit ibi: que fit nō i substantia corpis sed in sacramēto: id est in specie. Ne autē mireris vel insultes si accidētia videātur frangi cum ibi sint sine sbiecto licet quidam asserant ea fundari in aere. Est ibi vera fractio et partitio q̄ fit i pane: id est i forma panis. Vn̄ apl's ait: Panis quem frangim': qr forma panis ibi frangit ⁊ in partes diuidit: xp̄us vero integer manet ⁊ totus ē in singulis Unde Aug'. Quando christus manducat vita manducat. Sz quis audeat mā ducare dñm suum: ⁊ tamen veritas inuitans nos ad manducādum ait: Qui manducat me viuet propter me. Nec occidit xp̄s vt manducetur: sed mortuos viuificat: qn̄ manducat reficit: non deficit. viuit manducat' qr surrexit occisus: nec qn̄ manducam' partes de illo facim': ⁊ quidem in sacramēto sic fit. Item Norunt fideles quō manducent carnem xp̄i vnusquisꝙ accipit partez suam. Unde et ipsa gratia partes vocantur: p partes māducatur ⁊ manet integer totus: p partes mā ducatur in sacramēto ⁊ manet integer totus in celo: manet integer totus in corde tuo. Ideo ista dicunt sacramenta quia i eis aliud videtur ⁊ aliud intelligitur: videtur panis ⁊ calix quod ⁊ oculi renūciant. qd aūt fides instruenda postulat panis est corp' xp̄i: calix ē sanguis. Ex his dat intelligi ꝙ fractio et partes q̄ ibi videntur fieri in sacramento fiunt: id est in specie visibili. Ideoꝙ illa berēgarii xba ita distiguēda sunt vt sensualiter: nō mō in sacramēto: s in veritate dicat corpus christi tractari manibus sacerdotū: frangi vero ⁊ atteri dentib': vere quidez sed in sacramento tm̄. Uera ergo est ibi attritio ⁊ partitio: s in singulis partib' totus ē xp̄s. vn̄ Hiero. Singuli accipiūt xp̄m dñm ⁊ i singulis portiōib' tot' est: nec p singlos minuit: s integrū se pbet singul. Itē Hyla. Ubi ps ē corpis: ibi ē ⁊ totuz

j. Cor. xj.

Aug'. in sermone de verbis euāgelii.

Joh. vj.

Aug'. de cōse. di. ij.

Hiero. in sermone quodā ⁊ habetur de ꝯse. di. ij. ca. singli accipi.

Quid ille partes significēt. f

De ɔse. di. ij. ca. triforme.

Quid aūt partes ille significēt: Sergiꝰ papa tradit inquiēs Triforme ē corpꝰ xp̄i: ps oblate in calicē missa corpꝰ xp̄i qd̄ iā surrexit mōstrat. ps comesta ambulātē adhuc sup t̄rā. ps i altari vsq₃ ad finē misse remanēs: corpꝰ iacēs in sepulchro significat: q₃ vsq₃ in finē seculi corpa sctōꝝ in sepulchris erūt. Et sicut ptes ille mysticā tenēt significatōez ita etiā ⁊ fractio passiōis xp̄i ⁊ mortis est rep̄sentatio. vn̄ ip̄e ait: Hoc facite i meaz cōmēorationē. i. i mēoriā passiōis ⁊ mortis mee. Nam vt ait Amb. Quia i morte xp̄i liberati sumꝰ huiꝰ i edēdo et bibēdo carnē ⁊ sanguinē memores esse debemꝰ. Sz caueat q̄sq₃ ne idigne p̄cipiat q₃ iudiciū sibi mādūcat. Nō em̄ ē iste pāis q̄ vadit i corpꝰ ꝫ pāis vite et̄ne q̄ aīe nr̄e sbam fulcit. Sic ḡ viue vt q̄tidie merearis accipere: nec accedas idignꝰ. Indignꝰ ē q̄ aliter celebrat mysteriū q̄₃ xp̄s tradidit: vel q̄ habēs mortale pctm̄ accedit. Ergo et si sint pctā q̄tidiana vt nō sint mortifera añ q̄₃ accedas dimitte debitoribus tuis. Si dimittis dimittet̄ tibi: ⁊ sic securꝰ accede Pāis ei salutaris ē: nō venenū. Si ita accedis: sp̄ualit̄ mādūcas. Sp̄ualr̄ em̄ mādūcat: q̄ innocentiā ad altare portat.

Matth. xxvj Luc. xxij.

Amb. ꝺ ɔse. di. ij. c. nō iste

Si illud sit sacrificium si sepius imoletur christus. g

Post hec q̄ritur si qd̄ gerit sacerdos p̄p̄e dicat̄ sacrificiū vel imolatio: ⁊ si xp̄s q̄tidie imolet̄ vl̄ sel̄ tm̄ imolatꝰ sit. Ad ħ breuit̄ dici pōt: illd̄ qd̄ offert̄ ⁊ ɔsecrat̄ a sacerdote vocari sacrificiū ⁊ oblationē q₃ mēoria est ⁊ rep̄n̄tatio veri sacrificij ⁊ sctē imolatiōis facte i ara crucis. Et sel̄ xp̄s mortuꝰ in cruce ē ibi q₃ imolatꝰ est in semetipso: q̄tidie aūt imolatur in sacr̄o: q₃ i sacr̄o recordatio fit illius qd̄ factū est semel. vn̄ Aug. Certū habemus q₃ xp̄s resurgēs ex mortuis iā ñ morit̄ ⁊c. tm̄ ne obliuiscamur qd̄ sel̄ factū est in mēoria nr̄a oi anno fit. s. q̄tiēs pascha celebrat̄. Nūq̄d totiēs xp̄s occidit̄: ꝫ tm̄ anniūsaria recordatio rep̄n̄tat qd̄ olim factū est: ⁊ sic nos facit moueri tanq̄₃ videamus dn̄m in cruce. Itē Semel imolatus xp̄s in semetip̄o ⁊ tm̄ quotidie imolat̄ in sacramēto. Quod sic intelligendū quia i manifestatiōe corporis et distinctiōe mēbroꝝ semel tm̄ in cruce pependit offerēs

Augꝰ. super ps. xx. ⁊ habetur de ɔse. di. ij. ca. semel.

Aug in li. sententiaꝝ p̄spe. ⁊ habet̄ de conse. dis. ij. ca. semel imolatus.

se deo patri hostiā redēptiōis efficacē eorū. s. q̄s p̄destinauit. Itez Amb. In xp̄o sel̄ oblata ē hostia ad salutez potēs. q̄d ḡ nos? Nōne p singl̄os dies offerimꝰ? Et si q̄tidie offeramꝰ: ad recordationē eiꝰ mortis fit: et vna ē hostia: nō mlt̄e. Quō vna ⁊ nō multe? q₃ sel̄ imolatꝰ ē xp̄s. Hoc aūt sacrificiū exēplū ē illiꝰ: idip̄m ⁊ sp̄ idip̄m offert̄: p inde ħ idē ē sacrificiū: alioq̄n diceret̄ q̄m i mlt̄is locis offert̄ mlti sūt xp̄i: nō ꝫ vnꝰ vbiq₃ est xp̄s: ⁊ ħ plenꝰ exn̄s ⁊ illic plenꝰ sic̄ qd̄ vbiq₃ offert̄ vnū ē corpꝰ ita ⁊ vnū sacrificiū. Xp̄s hostiā obtulit. ip̄am offerimꝰ et nunc sed qd̄ nos agimꝰ recordatio ē sacrificij. Nec causa sue infirmitatis repetit̄: q₃ p̄ficit hominē: ꝫ nr̄e q₃ q̄tidie peccamus. Ex his colligit̄ esse sacrificiū et dici qd̄ agit̄ in altari: et xp̄m semel oblatū: ⁊ quotidie offerri: ꝫ alit̄ tūc aliter nūc. Et etiam que sit virtus huius sacramenti ostendit̄: remissio. s. peccatoꝝ venialiū: et perfectio virtutis.

Amb. super ep̄laz ad hebreos: et allegat̄ ꝺ ɔse. di. ij. ca. in xp̄o.

De virtute sacramenti.

De causa institutionis. h

Institutuz est enī ħ sacr̄m duabꝰ de causis. In augmentuz v̄tutis. s. charitatis: ⁊ in medicinā q̄tidiane īfirmitatis. vn̄ Amb. Si q̄tiēs effundit̄ sāguis xp̄i: ī remissionē pctoꝝ effūdit̄ debeo sp̄ accipe: q̄ sp̄ pecco: ꝺbeo sp̄ hr̄e medicinā. Itē Aug. Iterat̄ q̄tidie ħ oblatio: lȝ xp̄s semel sit passus: q₃ q̄tidie peccamꝰ pctis sine q̄bꝰ mortal̄ infirmitas viuere nō pōt Et q₃ q̄tidie labimur: q̄tidie xp̄s mystice imolat̄ p nob. Dedit ei nob ħ sacr̄m salutis: vt q₃ nos q̄tidie peccamꝰ ⁊ ille iā mori nō p̄t: p ħ sacr̄m remissionē ɔsequamur. Quotidie comedit̄ ip̄e ⁊ bibit̄ in v̄itate ꝫ integer ⁊ viuꝰ manet. Itē Mysteriuz fidei dr̄: q₃ credere debes q₃ ibi salus nr̄a ɔsistat. Si aūt querat̄ vtrū q̄tidie cōicandū sit? Audi q̄d inde tradit Augꝰ. Quotidie inq̄t eucharistiā accipe nec laudo nec vitupero: oībꝰ tm̄ dn̄icis diebꝰ cōicandū hortor. Si tm̄ mens in affectu peccādi ē ḡuari magis dico eucharistie p̄ceptiōe q₃ purificari. Et lȝ q̄s peccato mordeat̄: si peccādi tm̄ decetero nō habeat volūtatem ⁊ satisfaciat lachrymis ⁊ orōnibꝰ accedat securꝰ ꝫ ħ ꝺ illo dico quē mortalia pctā nō grauāt. Si nō frequētius saltē ter i anno hoies cōicent: nisi forte q̄s criminalibꝰ ipediat̄ i pascha. s. ⁊ pēthecoste: ⁊ in natali. Oēs ḡ cōicēt q̄ noluerint carere ęcclesiasticis liminibus.

Amb. ꝺ ɔse. di. ij. ca. si q̄tiens.

Aug. ad Januariū. ibidē ca. sub figura

De ɔse. di. ij. ca. qd sit san.

Utrum quotidie sit manducandū de ɔse. di. ij. c. q̄tidie

Fabianꝰ papa de cōse. di. ij. ca. et si non.

Ista est distinctio.xij.hui⁹ q̄rti libri: In qua mgr̄ postq̄ egit de cōfectiōe hui⁹ sacramēti: hic agit de cōsequētib⁹ confectionē: et tria facit. Primo enī inquirit modū essendi accidentiū in h̄ sacramento Secundo querit an ibi sit vt appa ret fractio. Tertio agit de hmōi sacramenti effectu Primū facit vsq̄ ibi. Solet etiam queri. Secundū vsq̄ ibi: De causa institutionis. Tertium vsq̄ ad finem distinctionis. In speciali sententia magr̄i stat in tribus propositionibus: quarum prima est hec:

In hoc celesti sacramento species seu accidentia remanent sine subiecto. Hāc magister insinuās pponit primo inquirendo q̄ in hoc sacramento accidentia remaneant actu sine subiecto: quia ibi non est nisi substantia corporis et sanguinis dominici q̄ talibus accidentibus affici nō potest. remanent tamen accidentia ad mysterij ritum ꝛ ad fidei suffragium: et etiam propter gustum. Secunda ppositio est hec: Species visibilis in hoc sacramēto frāgitur sine xp̄i nocumēto. Hāc magister ponēs querit vtrum in hoc sacramento sit vera fractio. Et dicit q̄ non: quia corpus xp̄i frangi non potest et alia substātia ibi non est. Et respōdet magister q̄ q̄busdam videt̄ q̄ ibi nō sit vera fractio sicut videtur sz dicitur frangi quia videtur frangi: nec tamen ibi ē illusio: quia non ostenditur ibi fractio ad illusionez sed potius ad fidei vtilitatem. Alij vero dicunt q̄ vere frangitur corpus christi et nō integrū manet et hoc confirmant per confessionem Berengarij q̄ confessus est coram Nicolao papa: et plurib⁹ alijs ep̄is panē ꝛ vinū q̄ in altari ponunt̄ post ꝯsecrationem nō solū sacr̄m sed etiam verū corpus ꝛ sanguinem christi esse. q̄ oīa approbata sunt sicut habet̄ ď cōsecra. distin. ij. Alij vero dicūt q̄ sicut ibi est species panis et nō est ibi res in qua sit species ita est ibi fractio q̄ nō est in aliq̄ re q̄ nihil ibi frangit̄: qď mirabiliter de potētia dei fieri dicūt. Quarta opinio circa hoc est magistri q̄ fractio illa vera est ꝛ in ipsis specieb⁹ sacramētalib⁹ est: vbi etiā subdit s̄m beatū Hiero. q̄ sub singulis partib⁹ fractiōis ē totus xp̄s. Et etiā dicit Hyla. vbi ē ps corpis xp̄i ibi est totū. Postea dicit q̄ partiū fractiōis vna significat corp⁹ xp̄i iacens i sepulchro. alia vero significat corp⁹ xp̄i viuens in mundo. tertia vero corpus xp̄i post resurrectionē. q̄ significatio pōt etiā corpi xp̄i mystico adaptari. Preterea q̄rit vtr̄ corp⁹ q̄tidie imolet̄: ꝛ vtr̄ illud qď facit sacerdos in h̄ sacramēto possit pprie dici sacrificiū vel imolatio. Et respōdet ad vtrūq̄ q̄ sic: nō tn̄ in re sed in similitudine qď em̄ q̄tidie gerit̄ signū est memoriale ꝛ figura imolatiōis semel facte: ꝛ sic forma visibil' q̄ i altari sacrificiū ď et ē. Similiter vero solū semel imolat⁹ fuit sed quotidie offert̄: sed alit̄ tūc ꝛ aliter nūc qď autoritatibus probat. Tertia propositio est hec: Hoc sacr̄m datur in augmentū virtutis ꝛ charitatis ꝛ i remediū q̄tidiane infirmitatis. Hanc mgr̄ insinuans dicit q̄ hoc sacr̄m duab⁹ de causis est institutū. s. in augmentū charitatis: ꝛ in medicinā nr̄e infirmitatis: q̄ em̄ q̄tidie labimur ꝛ cadim⁹: quotidie xp̄s p nobis mystice imolat̄. Vn̄ virt⁹ sacramēti ē remissio venialiū. Ultimo inquirit de mō vtendi hoc sacramēto. s. quō hoc sacr̄m sit frequētādū. Et dicit q̄ supra hoc inueniunt̄ diuersa eccl'ie statuta: q̄ quidam in dieb⁹ dn̄icis. q̄dā bis in anno communicandū esse dicūt: nisi dūtaxat aliquib⁹ criminib⁹ sit grauat⁹. Et tn̄ in speciali de snia hui⁹ dis.

Si heretici et excōmunicati hoc sacramentum conficiant. a

Di. XIII De potestate conficiendi.

Solet etiā q̄ri vtrū praui sacerdotes hoc sacramentū cōficere queāt: Ad qď dici pōt q̄ aliqui licet sint praui consecrant vere. s. qui int⁹ sunt noie et sacr̄o: et si nō vita: q̄ nō in merito cōsecrantis s̄ i v̄bo efficit̄ creatoris. vn̄ Aug. Intra catholicā eccl'iaz i mysterio corpis ꝛ sanguinis dn̄i nihil a bono maius nihil a malo min⁹ pficit̄ sacerdote: q̄ nō i merito ꝯsecrātis s̄ i v̄bo pficit̄ creatorl ꝛ v̄tute sp̄ūs sancti. Credendū est em̄ q̄ in verbis xp̄i sacr̄a ꝯficiāt̄. Sic ipē ē q̄ baptizat: ita ipē ē q̄ p sp̄m̄sctm̄ suā efficit carnē ꝛ sanguinē Item Grego. Putāt quidā cōmunionē corpis min⁹ esse sctificam: si illorū fiat officio quoꝝ vita eoꝝ ocul' videt̄ ignobilis. Heu inq̄ magnū laqueū incidūt: vt diuina ꝛ oculta mysteria plus ab alijs sanctificata posse fieri credāt: cū vn⁹ idemq̄ sp̄ūs sanct⁹ in tota ecclesia inuisibilit̄ ea mysteria ꝛ opando sctificet: ꝛ scificādo bn̄dicat Mysteriū ideo dicit̄ q̄ secretā ꝛ recōditam habeat dispensationē. Sacrificium v̄o q̄si sacrū factū: q̄ p̄ce mystica ꝯsecratur p nob i memoriā dn̄ice passiōis. Sacramentū est in aliq̄ celebratiōe cū res ita fit vt aliq̄d significate rei accipiam⁹. Sacramenta sunt baptisma: crisma: corpus xp̄i: q̄ iō sacr̄a dicūt̄: q̄ sb̄ tegumēto visibiliū reꝝ diuia virt⁹ secreti⁹ salutē eorūdem sacramētoꝝ opat̄. Vn̄ a secretis virtutib⁹ vel sacris sacr̄a dicunt̄. Panis et calicis sacr̄m grece eucharistia ď: latine bona gr̄a interp̄tat̄: ꝛ q̄d melius corpe et sanguine xp̄i: Siue ĝ p bonos siue p malos ministros intra eccl'iam dispenset̄: sacramentū tn̄ est: q̄ sp̄ūssanctus viuificat: nec bonoꝝ dispēsatoꝝ meritis ampliat̄: nec maloꝝ attenuat̄. Hoc de corpe domini: h̄ ꝛ de baptismate ꝛ chrismate dicēdū est ꝛ tenendū: q̄ virtus diuina secretius opat̄ in eis: ꝛ diuina solūmodo ē hec virtus siue potestas nō hūane efficacie. Illi v̄o qui excōmunicati sūt vel ď heresi manifeste notati: nō vident̄ hoc sacramentū posse conficere: licet sacerdotes sint quia nemo dicit in ip̄a ꝯsecratiōe: offero: sz offerim⁹ q̄si ex psona ecclesie. Et ideo cum alia sacramēta extra ecclesiā possint celebrari de hoc nō videt̄: Qď etiā Aug. tradere videt̄ dicēs: Recolite nomē et aduertite veritatē. Missa em̄ ď eo q̄ celestis missus ad cōsecrandū viuificū corp⁹

Aug. in li. de corpe dn̄i: ꝛ al legat̄. j. q. j. c. itra catho.

j. q. j. ca. multi secularium.

j. Coꝛ. xj.

Isid. li. ethi. primo.

Joh. vj.

Aug. in s̄mone de corpore christi.

Unď dicatur missa.

Greg. maledicã bñdictõib⁹ vřis. i. his q̃ bñdictõib⁹ possidetis vel q̃cq̃d a vobis benedicet vl' q̃m ñ bñdicit sctis ex vero corde: vel q̃ iniq̃ agũt bñdicũt ab eis adulantur q̃ pctõib⁹ dũmodo diuites sint. ⁊ habet. j. q. j. c. multi seculariũ. ad finẽ. Hiero⁹. maledicaz bñdicentib⁹ vos idẽ q̃cq̃d a vobis bñdicet: bñe erit maledictuz ⁊ habet. j. q. j. ca. maledicã Gre go. sup Ezech. Quin expositiões sacri eloquij vt audito ribus placeat aliquid fingit sua vba loq̃t nõ dei. q̃ autẽ in verbis dñi dis aliť q̃ is q̃ ptulit sense ritr sub alio intellectu tñ ad edificatiões charitatis ĩtẽdit. dñi sunt vba q̃ dicit.

aduenjat: iuxta dictũ sacerdotis dicẽtis: Omnips deus iube hec pferri p man⁹ sancti angeli tui in sublime altare tuũ ⁊c. Id circo nisi angelus venerit: missa nequaq̃ iure vocari põt. Nunq̃d eñ si hoc mysteriũ hereticus ausus fuerit vsurpare: angelũ de celis mittit de⁹ oblationẽ ei⁹ ꝯsecrare: maxie cũ eisdẽ p ꝓpha3 cõminatus sit dicẽs: Maledicã bñdictionib⁹ vřis. Et si bñdictionibus eoꝝ se asserit maledicturã veritas: quid erit d̃ hostia? Ergo dicem⁹ illam posse benedici ab illo quem scim⁹ a deo fore maledictũ cũ sua benedictione? Si eñ deus maledixerit bñdictionib⁹ hereticoꝝ ⁊ symoniacus bñdixerit: q̃s eoꝝ preualebit? Nũq̃d bñdictio maledicti ad nihiluz poterit redigere verba verissima cõminãtis dei. Ex his colligiť q̃ heretic⁹ a catholica ecclĩa pcisus neq̃t h̃ sacrm cõficere q: scti angeli q̃ huius mysterij celebratiõi assistũt tũc nõ assunt qñ hereticus vel simoniac⁹ h̃ mysteriũ temerarie celebrare p̃sumit. Nõ eñ dubitari l3 vbi corporis dñici ⁊ sanguis mysteria geruntur supernoꝝ ciuiũ adesse ꝯuẽt⁹. In h⁹ aũt mysterij expletiõe sic formã euaristita ordinẽ haberi. s. vt sit sacerdos ⁊ intẽtionẽ adhiberi optet vt illud facere itẽdat. S3 si nõ credit de illo mysterio sicut veritas h3 nũ q̃d põt itẽdere illud ꝯficere? ⁊ si nõ itẽdit: nũq̃d ꝯficit? Aliq̃ dicũt etiã ñ recte de illo mysterio sentiẽtes posse itẽdere: nõ q̃dẽ illud ꝯficẽ qd iã eẽt recte credere: s̃ id agere qd geriť ab alijs dũ ꝯficiť: ⁊ sic adhibetur itẽtio: ⁊ si itẽtio dicať de esse ꝯficiẽdi illud mysteriũ: tñ ex q̃ itẽdit ea dicere ⁊ agere q̃ ab alijs gerũť: ipleť mysteriũ. Illud ẽt sane dici põt: q̃ a brutis aĩalib⁹ corp⁹ xp̃i nõ sumiť: ⁊ si videať. Quid g̃ sumit mus vl' q̃d mãducat? De⁹ nouit h̃. De h̃ celesti mysterio aliq̃ pstrixim⁹ a catholicis fidelr tenẽda. Qui ei his ꝯdic: heretic⁹ iudicať.

A brutis aĩalibus euchari stiã nõ sumiť.

Quid faciat hereticũ ⁊ q̃d sit hereticus. b

Hyla. in ii. de trinitate.

Ne autẽ ignores q̃d faciat hereticu3: vel q̃d sit hẽtic⁹: audi breuiť q̃d ide scti doctores tradãt. Hyla. ait extiteꝛt plẽs q̃ celestiũ vboꝝ simplicitatẽ nõ vitatis ipi⁹ absolutiõe3 susceperũt: aliť iterp̃tãtes q̃ dictoꝝ vtus postularet De itelligẽtia eñ heresis nõ de scriptura ẽ: ⁊ sensus nõ s̃mo fit crimen. Idẽ in. viij. Intelligẽtie sensus in crimie ẽ. Hiero. dic

Hierony. sup Eccle.

q̃ ex vbis inordinate platis incurriť heresis. Aug⁹. diffiniens q̃d sit heretic⁹: ait: hereticus ẽ q̃ ꝓ alicui⁹ tẽpalis cõmodi ⁊ maxie glie pncipatusq̃ sui grã: falsas ac nouas opiniones gignit vel sequitur.

Aug. de vtilitate credẽdi. ⁊ habeť. xxiiij. q. iij. ca. hereticus.

Ista ẽ distinctio. xiij. hui⁹ quarti libri: In qua mgr̃ postq̃ egit supius de sacro eucharistie q̃tũ ad esse ⁊ fieri: hic agit de ei⁹ ministro ⁊ tria facit. Pr̃io enim inquirit an malus sacerdos possit consecrare. Secundo hereticum seu scismaticũ cum nõ posse conficere nititur determinare. Tertio ostendit animalia bruta nullatenus posse manducare. Primum a principio vsq̃ ibi: Illi vero qui excõicati sunt. Scdm vsq̃ ibi: Illud vero sane dici põt Tertiũ vsq̃ ad finẽ distĩcti. In spãli snĩa magistri ⁊c. A malo sacerdote verũ sacrm cõficiť quia non in merito ipius: sed in verbo creatoris efficitur Hanc mgr̃ insinuãs querit pr̃imo vtrum hoc sacramentum malus sacerdos põt ꝯficere. Et respõdet q̃ bonitas vel malicia sacerdotis nihil facit ad consecrationẽ: q: cõsecratio nõ in merito cõsecrãtis s3 in verbo efficitur creatoris: in hoc eñ sacramento sub tegumento rerũ visibiliũ diuina virtus secrete⁹ operatur salutem: quod auctoritatibus confirmat.

Secunda ꝓpositio est hec: Scismaticũ ⁊ hereticũ non posse consecrare per magistrũ asseritur ⁊ intẽtio in ipso consecrante necessario exigitur. Hãc magister ponẽs dicit q̃ ab ecclesia dei per excõicationem vel heresim precisi non videntur hoc sacramẽtum posse conficere q̃uis sint sacerdotes: tũ q: oblatio huius hostie fit ex persona totius ecclesie ipsi autẽ extra ecclesia3 sunt: tum q: hmõi sacri celebratione nũcius celestis mittitur ad benedicẽdum: nõ est aũt presumendu3 q̃ deus benedicat benedictionibus precisorum ab ecclesia. Postea dicit q̃ ad sacramenti hui⁹ perfectionem duo requiruntur. s. ordo ministri. s. q̃ sit sacerdos ⁊ intentio. Subdiť q̃ ille qui nõ credit etiã potest intentionem habere ⁊ per ꝯsequẽs consecrare dũmodo intẽdit agere ⁊ facere qd facit ecclesia. Tertia propositio est hec: Magister videť dogmatizare bruta animalia nullatenus xp̃i corpus manducare. Hanc magister insinuans dicit q̃ bruta animalia corpus xp̃i non sumunt: quid aũt sumant dũ hostiam mãducãt: dicit q̃ deus nouit. Postea epilogãdo dicit se de hoc mysterio breuiter dixisse a fidelib⁹ catholicis fideliter tenenda quibus si quis contradicit hereticus videť Vltimo quasi incidentaliter dicit q̃ hereticu3 facit intelligentia praua ⁊ s̃m be. Aug⁹. de vtilitate credendi: aut hereticus est qui causa commodi temporalis ⁊ glorie vel falsum vel nouas opiniões gignit aut sequitur. Et tñ in speciali.

De penitentia. a

DI. XIIII. De pnĩa in generali.

Dist hec d̃ penitentia agendũ est. Pnĩa longe positis a deo necessaria est vt appropinquent. Est eñ vt ait Hiero. scda tabula post naufragiũ q: si q̃s vestẽ inocẽtie in baptismo pceptã peccãdo corrupit: penitẽtie remedio repare põt. Prima tabula ẽ baptism⁹ vbi deponiť vetus hõ ⁊ induiť nouus. Scda pnĩa: qua post lapsum resurgimus: dum vetustas reuer

Hierony. sup Danielẽ: ⁊ habeť de pe. di. j. c. scda tab.

sa repellitur: ⁊ nouitas pdita resumitur. Post baptismũ plapsi p pniam renouari valẽt: sed nõ p baptismũ. Licet homini sepi⁹ penitere ẜ non baptizari. Baptism⁹ tm̃ est sacr̃m: ẜ pnia dr̃ ⁊ sacr̃m ⁊ virt⁹ mẽtis. Est em̃ pnia interior: ⁊ est pnia exterior. Exterior sacr̃m est: interior virtus mẽtis est: ⁊ vtraq3 causa salutis ẽ ⁊ iustificatiõis. Utrum vero omnis exterior penitẽtia sit sacramentum: vel si nõ omnis: q̃ ẜ nomine censenda sit consequenter inuestigabimus.

Matth. iij.

A pnia cepit iohannis predicatio dicentis: Penitẽtiam agite appropinquabit em̃ regnũ celoꝝ. Quod autẽ p̄co docuit: illud post veritas p̄dicauit: exordium sumẽs sermonis a penitentia.

Matth. iiij.

Uñ dr̃ pnia.

Penitẽtia dr̃ a puniẽdo: quia q̃s punit illicita que cõmisit. Pnie virtus timore cõcipit. Uñ Esa. A timore tuo dñe ꝯcepimus et pepimus spiritũ salutis.

Esaie. xxvj.

Amb. i smone q̃dragesi. ⁊ de pe. di. iij c. pnia ⁊ c. in estiuum. ⁊ c. sunt q̃.

Est aũt penitentia vt ait Amb. Mala p̄terita plangere: ⁊ plãgẽda iterũ nõ cõmittere. Itẽ Greg. Penitere ẽ anteacta pctã deflere: ⁊ flẽda nõ cõmittere. Nam q̃ sic alia deplorat vt alia tamen cõmittat: adhuc pniam agere aut ig̃rat aut dissimulat. Quid em̃ pdest si peccata luxurie q̃s defleat ⁊ adhuc auaricie estibus anhelat. His verbis q̃dã vehemẽtius inherentes contẽdunt vere penitẽtẽ vltra nõ posse peccare dãnabiliter: ⁊ si grauiter peccauerit: veram non p̄cessisse pniam. Quod etiã alijs muniũt testimonijs.

Isid. in li. de sũmo bono. ⁊ habet de pe. di. iij. ca. irri.

Ait em̃ Isid. Irrisor est ⁊ nõ penitẽs qui adhuc agit qd̃ penitet. Nec videt deũ poscere subditus sed subsannare superbus. Canis reuersus ad vomitum: et penitens ad peccatum.

j. Pet. ij.

Multi lachrymas indesinẽter fundũt: ⁊ peccare nõ desinunt: quosdaz accipe lachrymas ad penitẽtiã cerno: ⁊ affectũ pnie nõ habere: q2 incõstantia mentis nũc recordatione pcti lachrymas fundunt: nũc reuiuiscente vsu ea que fleuerũt iterãdo cõmittunt.

Esaie. j.

Esa. de peccatoribus dicit: Lauamini mũdi estote. Lauatur ⁊ mundus est qui ⁊ preterita plangit ⁊ flenda iterũ nõ cõmittit. Lauat ⁊ nõ est mundus q̃ plangit q̃ gessit nec deserit ⁊ post lachrymas ea que defleuerat repetit.

Aug. in li. solloquiorũ. de pe. dist. iij. c. inanis.

Itẽ Aug⁹. Inanis est penitentia quã sequẽs culpa coinquinat. Nihil prosunt lamenta si replicãtur peccata. Nihil valet veniam a malis poscere ⁊ mala denuo iterare.

Greg. de pe. di. iij. c. q̃ admissa.

Itẽ Greg. Qui cõmissa plangit nec tñ deserit: pene grauiori se subijcit Item Amb. Reperiuntur qui sepi⁹ agendam penitẽtiam putant: qui luxuriant in xp̄o. Nam si vere penitentiaz in xp̄o agerent: iterandã postea non putarent: q2 sic vnũ baptisma ita est vna penitentia. His alijsq3 pluribus vtuntur in assertionẽ sue opinionis.

Amb. in li. ij de vnica pnia ⁊ habet d pe. di. iij. c. reperiunt.

Amb. super eplam ad Cypri.

S3 Ambrosius dicit: Hec vera pnia est cessare a pctõ. Et iteruz: Magni pfectus ẽ renũciasse errori: imbutos em̃ vicijs animos exuere atq3 emendare virtutis ẽ perfecte ⁊ celestis gr̃e ⁊ ideo sa neita diffiniri potest.

Aug. sup octonariũ. xxij. Quid sit penitentia. Determinatõ p̄missoꝝ verborum.

Penitentia est virt⁹ qua cõmissa mala cum emendationis pposito plangimus ⁊ odimus ⁊ plangẽda vlteri⁹ cõmittere nolumus: q2 penitẽtia vera est in aĩo dolere ⁊ odire vicia. Unde illa vba premissa: penitere est anteacta deflere ⁊ flenda nõ cõmittere: recte sic accipi pñt vt nõ ad diuersa tpa ẜ ad idem referant: vt .s. tpe quo deflet commissa mala nõ cõmittat voluntate vel ope flenda qd̃ innuit ex verbis ꝯsequentibus. Nã q̃ sic alia deplorat ⁊c.

Aug. enchi. ⁊ habet d pe. di. iij. c. sane cauendum.

Hinc Aug⁹ ait: Cauẽdum est ne q̃s existimet nephanda illa crimina qualia qui agunt regnũ dei nõ possidebunt quotidie ppetrãda: ⁊ elemosynis redimenda. In melius est em̃ vita mutanda: ⁊ per elemosynas de peccatis preteritis ppiciandus est deus: nõ ad hoc emẽdamus quodãmodo vt ea semp liceat impune cõmittere. Nemini eĩ dedit laxamẽtum peccandi: ⁊ si miserando deleat commissa pctã: si nõ satisfactio ꝯgrua negligatur.

Pi⁹ papa. de pe. di. iij. c. nihil pdest.

Itẽ Pius papa. Nihil pdest homini ieiunare ⁊ orare ⁊ alia religionis opera agere nisi mẽs ab iniq̃tate reuocet. Qui ergo a malis sic mẽtẽ reuocat: vt cõmissa plãgat ⁊ plãgenda cõmittere nõ velit nec satisfacere negligit: vere penitet.

Ponit determinatiões sũ

Nec iõ ñ est vera pnia: q2 forte post nõ de pposito ẜ casu vel infirmitate peccabit. Ille aũt irrisor est ⁊ nõ penitens qui sic cõmissa plãgit vt plangenda volũtate vel ope cõmittere nõ desinat. Ille etiam q̃ post lachrymas repetit que fleuit lauat ad tempus: ẜ mũd⁹ nõ est. i. illa mũdicia nõ est ei sufficiens ad salutem: q2 est momẽtanea nõ pseuerans.

Ponit determinatiõẽ Aug.

Itẽ illud: Inanis est pnia quã sequẽs culpa coinquinat: sic intelligendũ est. Inanis est: sc3 carens fructu illius penitentie quam sequẽs culpa inquinat. Illius em̃ fructus est vitatio gehẽne ⁊ adeptio glorie: Mortificatur enim illa penitentia ⁊ alia anteacta bona p sequens peccatum: vt non sortiantur mercedem quã meruerũt cũ fierẽt: ⁊ quã haberẽt si pctm̃

nō succederet. Sed ꝛ si de pctō succedēti penitētia agat: ꝛ penitentia que pcessit: ꝛ alia ante acta bona reuiuiscūt: sed illa tm̄ q̄ ex charitate prodierūt. Illa enim sola viua sunt que ex charitate fiūt. Ideoq; si p sequentia peccata mortificantur: p subsequentem pniam reuiuiscere pn̄t. Que vero sine charitate fiunt mortua ꝛ inania generantur: ꝛ ideo p penitentiā reuiuiscere non valent. Similiter intelligēdum est illud: Nihil ꝓsunt lamēta ꝛc. Et illud Nihil valet ꝛc. Si em̄ replicētur peccata nihil valet ad salutē vel ad veniā in fine precedens lamētū: quia nihil relinquitur de vite mūdicia: quia aut peccata dimissa redeunt vt quibusdam placet cū replicant: vel si nō redeūt: eis tamē deletis ꝓpter ingratitudinē: ita reus ꝛ immundus ꝯstituitur cum adhuc in expiandis implicatur: vt si iā deleta redirēt. De hoc tamen: scȝ an peccata redeāt: post plenius agemus. Similiter nihil valet ad salutem obtinendam: vel ad mūdiciā vite habendam: veniam de malefactis poscere: ꝛ malefacta denuo iterare. Ita etiā intelligendum est illud qđ idem Aug⁹. alibi ait: Penitētia est quedam dolentis vindicta semper puniēs in se qđ dolet cōmisisse: ꝛ infra. Quotidie dolendū est de peccato qđ declarat ipsa dilectiōis virtus. Penitere em̄ est penam tenere: vt semper puniat in se vlciscēdo: qđ cōmisit peccando. Ille aūt penaȝ tenet: q̄ semp vindicat qđ cōmisisse se dolet. Penitentia ergo est vindicta semp puniēs in se qđ dolet cōmisisse. Quid restat nobis nisi dolere in vita: vbi enim dolor finitur: deficit ꝛ penitentia. Si vero penitentia finitur: quid relinquetur de venia: Tādiu gaudeat ꝛ speret de gratia: q̄diu sustentatur a penitētia. Dicit em̄ domin⁹ Vade ꝛ amplius noli peccare: non dixit: Ne pecces: sed ne voluntas peccādi in te oriatur. Quod quō seruabit nisi dolor in penitentia cōtinue custodiatur. Sed semp doleat: ꝛ de dolore gaudeat: ꝛ nō sit satis q̄ doleat: sed ex fide doleat: ꝛ non semp doluisse doleat.

Aug. in li. de vnica pnia: ꝛ habet de pe. di. iij. c. pnia est quedā.

Ioh. v. ꝛ viij.

Determiatō itelligētie dictoꝝ. b

De penitētia perfectoꝝ vel ad salutē sufficienti intelligēdū est: qđ supra dixit scȝ: Penitētia est vindicta sp puniens qđ cōmisit: ꝛ alia hmōi Illud vo. Si pnia finit nihil de venia relinquit: dupliciter accipi pt. Si em̄ iuxta quorūdā intelligētiā pctā dimissa redeūt: facile est intelligere nihil de venia relinq̄: q: pctā dimissa iterū replicant. Sicut em̄ ille q̄ ex seruitute in libertatē manumittit interim vere liber est: ꝛ tn̄ ꝓpter offensaȝ in seruitutē postea reuocat: sic ꝛ penitenti peccata vere dimittunt: ꝛ tamen ꝓpter offensam que replicat iteꝝ redeūt. Si vo nō redire dicant: sane potest dici: etiaȝ sic nihil de venia relinq̄: nō q̄ dimissa peccata iterū imputent: sed q: ꝓpter ingratitudinem ita reus ꝛ immundus cōstituitur: ac si illa redirent.

Aug. c. xxl.

De solēni ꝛ vnica penitētia. c

Illud autē quod Amb. ait: Repiunt ꝛc. Et sicut vnū baptisma ita ꝛ vna pnia: nō sm̄ generaleȝ sed sm̄ specialeȝ morē ecclesie de solēni penitentia dictū intelligit: que apud quosdaȝ semel celebrata nō iterat. Item illud aliđ Ambrosij: Penitētia semel vsurpata nec vere celebrata: ꝛ fructū poris aufert ꝛ vsū sequētis amittit: de solēni intelligit. Solēnis q̄ penitētia vt Amb. in eodem ait: ē que fit extra ecclesiā in manifesto: in cinere ꝛ cilicio que pro grauioribus horrendisq; ac manifestis delictis tm̄ imponit: ꝛ illa nō est iteranda pro reuerētia sacramēti: vt ne vilescat ꝛ ꝯtemptibilis fiat hominibus. Vn̄ Aug⁹. Quāuis caute ꝛ salubriter ꝓuisum sit: vt locus illius humilime penitentie semel in ecclesia cōcedat: ne medicina vilis vel min⁹ vtilis eēt egrotis: que tāto magis salubris est q̄to min⁹ cōtemptibilis fuerit. Quis tn̄ audeat do dicere. Quare huic homini q̄ post penitētiā primam rursus se laqueis iniquitatis obstringit adhuc iterū parcis: Origenes q̄ de hac solēni pnia que pro grauiorib⁹ criminibus iniungitur ait: Si nos aliqua culpa mortalis inuenerit: que nō in crimine mortali: vl' in blasphemia fidei: sed in s̄monis vel in morū vicio cōsistat: hec culpa semp reparari potest: nec interdicitur aliquando de hmōi penitentiam agere: sed non ita de grauioribus criminibus. In grauioribus enim criminib⁹ semel tm̄ penitentie conceditur locus. Communia q̄ frequenter incurrimus semper penitentiam recipiunt et semper redimuntur. Cōmunia dicit venialia peccata et forte mortalia quedam aliis minus grauia: que sicut sepe committūtur: ita frequenter per

De pe. di. iij. c. reperiunt.

De pe. di. iij. c. finali. §. penitentia q̄.

Aug. ad macedoniū: ꝛ habet de pe. di. iij. ca. in tm̄.

Origenes super Leuitico. ca. xxv. Qui vendiderit.

penitentiā redimuntur. Sed de grauiori
bus criminibus semel tantū agit̃ peniten
tia scʒ solēnis. Nam ⁊ de illis si iterent̃ ite
rat̃ pnia ꝫ nō solēnis: qđ tñ in ꝗbusdā ec-
clesijs nō seruatur.

Auctoritatibꝰ ꝓbat ꝙ non semel tātū sed frequēter peccata dimittantur per pniam.

Quod vero peni-

tentia nō semel tm̄ agatur: ꝫ frequēter ite
ret̃: ⁊ ꝑ eā freq̄nter iterū venia ꝓstet̃: plu
Aug. in li. de pnia: ⁊ habet̃ de pnia di. iij. c. adhuc in.
ribꝰ sctoꝝ testimonijs ꝓbat̃. Ait ei Aug.
scribēs ↄtra quosdā hereticos ꝗ peccāti-
bus post baptismū sel' tm̄ dicebāt vtilē eē
Ad Ro. xij.
pniam ita: Adhuc instant ꝑfidi ꝗ sapiunt
plusq̄ optet: nō sobrij: ꝫ excedētes mēsu-
rā: dicūt. Et si sel' peccantibꝰ post baptis-
mū valeat pnia: nō tñ sepe peccātibus ꝓ-
derit iterata: alioquin remissio ad peccan
dum esset incitatio. Dicūt em̄: Quis non
sꝑ peccaret si nō semꝑ ꝑ pniaʒ redire pos
set. Dicunt em̄ dn̄m incitatorē mali si sem
per peccātibus subuenit: ⁊ ei peccata pla
cere quibus semper presto est gr̃a. Errāt
aūt. Cōstat em̄ multū ei peccata displice/
re: qui semper presto est ea destruere: ꝫ si
ea amaret: nō semꝑ ea destrueret. Idē ad
Aug. ad macedoniū: ⁊ habet̃ de pe. di. iij. c. intm̄.
macedoniū. Intātuʒ hoim iniq̄tas aliq̄n
ꝓgredit̃: vt etiā post peractā penitenti-
am: post altaris reconciliationē vel simi-
Matth. v.
lia vel grauiora cōmittant: ⁊ tamē deꝰ fa-
cit etiā suꝑ tales oriri solē suū nec minꝰ tri
buit q̄ ante tribuerat largissima munera
vite ⁊ salutis: ⁊ q̄uis eis in ecclesia locus
ille penitētie nō concedat̃: deꝰ tamē super
eos sue patientie nō obliuiscit̃. Ex quoꝝ
numero si q̄s vob̄ dicat dicite mihi vtruʒ
aliq̄d ꝓsit ad vitā futurā si in ista vita ille-
cebrosissime voluptatis blandimenta cō-
tempsero: si me penitendo vehementꝰ
q̄ prius excruciauero: si vberiꝰ fleuero:
si melius vixero: si pauperes largius su-
stentauero: si charitate ardentius flagra-
uero: q̄s vestrū ita desipit vt huic homi-
ni dicat: nihil tibi ista in posterum prode-
runt. Vade saltem huius vite suauitate
fruere? Auertat deus tam immanē sacri-
Johes chrys. ⁊ habet̃ d pe. di. iij. c. talis.
legāq̄ demētiā. Iteʒ Joh. Chrys. de re-
paratiōe lapsi. Talis mihi crede: talis est
erga hoies pietas dei. Nūq̄ spernit peni
tētiā si ei sincere ⁊ simplr̄ offerat̃ etiā si ad
summum q̄s ꝑueniat maloꝝ ⁊ inde tñ ve
lit reuerti ad virtutis viā: suscipit libēter
⁊ amplectitur: ⁊ facit oia quatinus ad pri
orem reuocet statum. Quodq̄ est adhuc
prestantius ⁊ eminentius etiam si non po
tuerit quis explere omnē satisfaciēdi ordi
nem: quantulācunq̄ tamen ⁊ quātūlibet
breui tempore gestam nō respuit pniam:
suscipit etiā ipsam nec patit̃ q̄uis exigue
cōuersionis ꝑdere mercedem. Exemplis
etiam hoc idē astrui pōt. Dauid em̄ ꝑ pe-
nitentiā adulterij simul ⁊ homicidij veni-
am impetrauit: ⁊ grauiter tñ postea deli-
Amb. in apologia dauid: ⁊ habet̃ de pe. di. iij. c. illud. j. Paral. xxj.
q̄t in ppl'i enumeratiōe: qđ ppl'i mltitudo
ꝓstrata ostēdit. Illud aūt mirabile est ꝙ
āgelo ferienti plebē: se obtulit dicēs: Ego
iste q̄d fecit: fiat manꝰ tua in me ⁊ in domū
patris mei. Quo facto statim sacrificio di
gnus iudicat̃: ꝗ absolutiōe estimabat̃ in-
dignꝰ. Nec mirū si tali sua oblatiōe ꝓ po
pulo: pcti sui adeptꝰ est veniā: cū moyses
Exod. xxxij.
offerēdo se ꝓ plebis errore: pctā diluerit.
His alijsq̄ testimonijs pluribus euidē-
Heb. x.
ter ostēdit̃ ꝑ pniaʒ nō sel' tm̄ ꝫ sepiꝰ nos a
pctis surgere: ⁊ verā pniaʒ sepiꝰ agi. Vo
luntarie em̄ peccātibus nobis: vt ait apl's
Rom. vi.
ꝓ pctis non relinquit̃ hostia scđa. s. q2 sel'
tm̄ xp̄m oportuit pati: nec delinquit̃ scđs
baptismꝰ. Relinquit̃ vō scđa pnia ⁊ ter-
tia ⁊ deinceps vt Joh. Chrys. super hūc
locū ait. Sciēdū inq̄t ꝙ hic q̄daʒ exurgūt
hoꝝ vboꝝ occasione penitētiā auferen-
tes: q̄si ꝑ pniam non valeat pctō2 post la-
psum resurgere scđo ⁊ tertio ⁊ deinceps.
Verū etiā in hoc pniam non excludit nec
ꝓpitiationē que sepe fit ꝑ pniam ꝫ ꝫm ba
ptismum ⁊ hostiam.

Ista ē distinctio. xiiij. huiꝰ quarti libri:

In qua mgr̄ postq̄ ↄtermiauit de sacramē
tis. s. confirmatione ⁊ eucharistia ꝗ sunt sacra pro-
grediētiū ordinata ad ꝑfectiōnē in bono: hic deter
minat de pnia ꝗ ordinat̃ ad amotionē mali: ⁊ diui-
ditur tractatus iste in quattuor ꝑtes. In prima de
terminat de pnia in se. Scđo de ꝑtibus pnie. Ter-
tio de instrumētis. Quarto de tꝑe. Scđa ꝑs icipit
in. xvj. di. Tertia in distin. xviij. Quarta in distic.
xxj. Pria ꝑs diuidit̃ adhuc in duas ꝑtes. In p̄ma
ꝑte determinat q̄dditatē pnie: ⁊ excludit q̄ndā er-
rorē. Scđo determinat de integritate. s. in dis. xv.
In p̄nti aūt di. facit tria. Prio em̄ determinat q̄ sit
pnie diffinitio. Scđo quō bona opera ꝑ ↄn̄s pctm̄
mortificata ꝑ pniam reuiuiscūt. Tertio quō publi-
ca pnia ꝓ codē pctō nō sit reiterāda. Primū facit
a principio distin. vsq̄ ibi: Item illud inanis est pe
nitentia. Scđm vsq̄ ibi: Illud aūt qđ Ambrosius
Tertiū vsq̄ ad finem distin. In spāli snia magistri
stat in tribus ꝓpositionibus: quarum prima est hec
Penitentia est virtus qua nostra peccata volūtarie
deplangimus: ⁊ ea vltra cōmittere nō proponimꝰ.
Hanc mgr̄ insinuans proponit primo penitentiam
necessariam esse. Est em̄ ꝫm Hierony. scđa tabula
post naufragium ex eo ꝙ qui vestem innocentie in

baptismo pceptam peccando destruxit:potest eam penitentie remedio reparare. Baptismus autē dicit̄ pma tabula: vnde pnia sepe reiterari pt baptismus aūt nō. Postea volēs pniam diffinire pmittit quattuor. Primo eñ pmittit eius gen⁹ qd̄ est sacrz ꝛ virt⁹ mētis:sed baptismus est sacrm tm̄. Est em̄ duplex pnia:interior.s.ꝛ exterior Interior est habitus:exterior est sacrm. Scd̄o ei⁹ dīam ꝓpter ei⁹ vtilitatē:qꝛ tā xp̄s q̄ iohānes baptista pdicationez suā a pnia īceperūt dicētes: Penitētiā agite appropinquabit vobis regnū celoꝝ. Tertio eius actū. dr̄ em̄ pnia a puniēdo:qꝛ p pniam illicita puniuntur. Quarto ei⁹ originē:qꝛ pnie virtus timore cōcipit̄: quib⁹ pmissis diffinit pniam ꝫm.b.Amb.dicēs q̄ pnia est mala pterita deplāgere ꝛ deplangenda iterum nō cōmittere. Postea dicit q̄ ex hac diffinitōe aliqui moti fuerūt dicere q̄ nō sit vera pnia q̄ pctō sequēti maculat̄: vere em̄ penitētē dicūt vltra mortaliter nō peccare qd̄ etiā ꝯfirmāt auctoritate beati ysidori q̄ dicit talē pniam esse irrisoriā:ꝛ auctoritate.b.Aug.q̄ dicit eā esse inanē.ꝛ.b.Greg.q̄ dic̄ eā esse grauioris pene. Quarto Ambrosij qui dicit verā pniam iterandā non esse:auctoritates oēs patēt in lr̄a. Postea mgr̄ determinādo veritatē excludit dictū errorē:dicēs q̄ cessatio a peccatis pteritis ꝛ dolor de eis cum ꝓposito cauendi futura ad verā pniam sufficit. Et ex hoc soluit pnie diffinitionem supradictā in qua dicit q̄ ad pniam pagendaz ptinet pctā iterū nō cōmittere dicēs: Sufficit ꝓ vera pnia q̄ penitēs plāgēda iterū nō cōmittat ꝓposito voluntatis. Et ex hoc etiā soluit auctoritatē ysidori dicētis: Ille irrisor est q̄ cū ꝓposito cōmittendi penitet. Scd̄a ꝓpositio ē hec: Viatoris bona opera q̄ p ꝯn̄s p pctm̄ deficiūt p verā pniaz iteꝝ reuiuiscūt. Hāc mgr̄ insinuās soluit auctēs q̄sdā pdictas ꝛ pmo Aug. dicētis q̄ pnia quā ꝯn̄s coinq̄nat culpa dr̄ inanis:qꝛ fine pnie caret q̄ ē vitatio gehēne: ꝛ adeptio glorie. Caret aūt fructu pnie:qꝛ per ꝯn̄s pctm̄ ista pnia ꝛ etiā alia acta bona mortificant̄ vt scꝫ nō sortiant̄ mercedez quā meruerūt cū fierēt:si tñ de pctō succedēte agat̄ pnia bona q̄ pcessert nō reuiuiscūt nisi dūtaxat illa q̄ ex charitate ꝓdierūt: qꝛ q̄ viua nō fuerūt reuiuiscere nō pn̄t que aūt fuerūt viua reuiuiscere pn̄t Qd̄ aūt Aug. dicit nihil ꝓsunt lamēta si replicant̄ pctā sic intelligēdū est:vel q̄ pctā redeūt queadmodū q̄dā dicūt q̄ nihil relinquit̄ de vite mūdicia eo q̄ post pctm̄ iteꝝ peccat: vl̄ si nō redeūt saltē ꝓpter ingratitudinē ita reus ꝛ immūdus cōstituit̄ ac si pctā dimissa redirent. Addit etiā duo dicta ab Aug. q̄ videnꝫ facere in ꝯfirmationē erroris: vnū est qꝛ Aug⁹. dicit q̄ penitēs sp̄ dꝫ pniaz tenere ita tamē q̄ dolere gaudeat. Soluēdo istud dic̄: q̄ intelligit̄ de pnia pfectoꝝ q̄ pniam vsq̄ in finē vite sue ꝯtinuāt. Aliud est qd̄ Aug. dicit q̄ nihil de venia relinquit̄ qn̄ hō post penitētiā in peccatū relabit̄. Rn̄dēdo dicit verū esse q̄tū ad reditū pctōꝝ simpliciter vl̄ q̄tū ad ingratitudinē vt dictū est. Tertia ꝓpositio est: Quāuis publica pnia ꝓ grauioribus inflicta nō est ꝓ eodē reiteranda cōis tñ ꝯfessior pnia est nobis frequētius pagēda. Hāc magister insinuans soluit auctoritatem be. Amb. qua dicit pniam nō esse iterandam propter reuerētiam sacri. Respondendo dicit hanc esse intelligendam de pnia solēni que ꝓ grauioribus criminibus infligitur que non iterat̄ ne vilis reputet̄ qd̄ auctoritatibus confirmat. Ultimo qꝛ quidam dixerūt q̄ pnie nō deberēt iterari qꝛ facilitas penitentie esset incitatio ad peccandū:ideo probat per plures auctoritates q̄ pnia sp̄ iterari debꝫ ꝛ pōt:qd̄ ꝯfirmat exemplo Dauid qui bis veniam impetrauit:semel de commissione adulterij ꝛ homicidij:ꝛ postea de numeratione populi:ex quo patet veram penitentiam sepius agi posse. Et qꝛ predicti qui sic errauert̄ circa penitentiam innitebantur quibusdam verbis apostoli ī epistola ad Hebreos:ideo dicit magister q̄ apostolus ibi non negat illam penitentiam. Et tm̄ in spāli.

Qd̄ pluribus irretitus peccatis non potest penitere de vno vere nisi de omnibus peniteat.

DI. XV
De pnia spālit̄ q̄tū ad ei⁹ ptes:elidēs errorē eoꝝ q̄ dicūt q̄ pnia pt fieri d̄ vno peccato sine alio.

a Sicut predi e ctis auctoritatib⁹ illoruz error conuincit̄: q̄ pniam sepi⁹ agendā nō putāt ꝛ p eā a lapsu peccātes freq̄nter surgere diffitent̄: ita eisdē illoꝝ opinio elidit̄ q̄ plurib⁹ irretitū peccatis asserunt de vno vere penitere: eiusdem q̄ veniam a domino consequi posse: sine alteri⁹ penitentia: Quod etiam auctoritatibus astruere conantur. Ait em̄ ꝓpheta. Non iudicabit deus bis in idipsum: vel vt alij trāstulerunt: Non consurget duplex tribulatio. Si ergo inquiunt illi: aliq̄s sacerdoti fuerit cōfessus vnū de duobus vel pluribus peccatis: ꝛ de illo iniunctam sibi penitētiā a sacerdote satisfactionem expleuerit ceteris tacitis: nō ꝓ illo pctō ampli⁹ iudicādus est: de quo satisfecit ad arbitriuz sacerdotis: qui vicem xp̄i in ecclesia gerit Ideo q̄ si de eo iterū iudicet̄: bis in idip̄z iudicat deus ꝛ ꝯsurget duplex tribulatio

Naū.j.ꝛ habet̄ de pe.di.iij.sunt ples §. auctoritas lxxxj.di.c.psbyter.

Sꝫ de his q̄ oportet illud tm̄ intelligi q̄ presentib⁹ supplicijs cōmutant̄ in bonuz ꝛ sic pseuerāt: sup quos nō consurget duplex tribulatio: qui vero inter flagella duriores ꝛ deteriores fiunt vt pharao: psentibus eterna cōnectunt: vt tpale supplicium sit eis eterne pene initum. Vn̄ Aug⁹. Ignis succēsus est ꝛc̄.i. vindicta dei hic incipiet ꝛ ardebit vsq̄ ad extremā dānationē. Hoc ꝯtra illos notandū est q̄ dicunt illud.s. nō iudicabit de⁹ bis in idip̄m: ad oia ptinere flagella: qꝛ q̄daz hic flagellis emendant̄: alij hic ꝛ in eternū puniuntur. Quinq̄ em̄ modis flagella contingunt. vel vt iustis p patientiā merita augeant̄ vt iob: vl̄ ad custodiā v̄tutū ne supbia tēptet vt paulo: vl̄ ad corrigēda pctā vt marie lepra: vel ad gl̄iam dei vt de ceco nato vl̄ ad iudiciū pene vt herodi q̄tin⁹ h̄ videatur q̄d i iferno seq̄t̄ ꝫm illd̄: Duplici ꝯtritiōe ꝯtere eos dn̄e. Illa q̄ auctoritas naū nō cogit nos sentire oia q̄ tpalit̄ puniūtur n̄ vlteri⁹a d̄o puniēda. nā ꝛ si sup eūdē locū Hier. dicat egyptios ꝛ israelitas a d̄o tē

Determinatō precedentiuz

Aug. sup cāticū Deut̄. xxvij. ꝛ allegat̄ de pe. dis. iij. c. ignis.

Glo. Bede sup Matth. ix. q̄t modis contigūt flagella
Job. j.
ij. Coꝝ. xij.
Numeri. xij.
Joh. ix.
Act. xij.
Hiere. xvij.

Hiero. d̄ egyptijs. ꝛ israelitis: ꝛ sodōitis.

Gen. xvij. Gen. xix. Exod. xiiij. Numeri. xj.

poraliter punitos ne ineternū punirenť: non est tamen de omnibus generaliter intelligēdū. Ait enī sic: Qr gen⁹ humanū diluuio: sodomitas igne: egyptios mari: et israelitas in heremo pdidit scitote iō tpaliter p pctis punisse: ne ineternū puniret qr nō iudicabit deus bis in idipz. Qui ḡ puniti sunt postea nō punienť: alioquin mentiť scriptura: qđ nephas est dicere.

Que sit intelligentia premissorum. b

Attēde lector his verbis ꝛ caue ne de omnibus generaliter intelligas: ſ de his tm̄ qui inter ipa flagella penitentiā egerūt: credentes in deū hebreoꝝ: quā ꝛ si breuē ꝛ momētaneā tm̄ nō respuit deus. Qr aūt qui p tēporale flagellum nō corriguntur: post eternaliter puniātur: ibidē ostendit agēs de fideli deprehēso in adulterio q decollať: vbi ostendit leuia peccata breui ꝛ tpali supplicio purgari: magna vo diuturnis eternisq̄ suppli-

Hiero. de pe. di. iij.

cijs reseruari ita inq̄ens: Querat hic aliquis si fidelis deprehēsus i adulterio decolleť: qđ de eo postea fiat: Aut enī punietur ꝛ falsum est qđ dr nō iudicabit deus bis in idipm: aut nō punieť: ꝛ optādum est adulteris vt hic breui pena puniantur

Hiero. in forma.

vt frustrentur in cruciatus eternos. Ad qđ respondem⁹ deū vt oim rerum ita suppliciorꝝ quoq̄ scire mensuras ꝛ nō preueniri sniam iudicis: nec illi in peccatorē exercende dehinc pene auferri potestatem: ꝛ magnū peccatū magnis diuturnisq̄ lui

Leuiť. xxiiij. Numeri. xv.

cruciatibus. Si qs vero punitus sit tēporaliter vt ille q israelite maledixerat ꝛ q in sabbato ligna collegerat: tales postea nō puniri: qr culpa leuis pñti supplicio compēsata sit: leuis ei culpa leui supplicio cōpēsať. His satis innuit Hierony⁹. grauia peccata ꝛ hic puniri graui supplicio: ꝛ in futuro puniēda eternaliter de qbus penitētia nō agitur inter flagella. Leuia vero q hic puniunť: leui pena cōpensationē recipere: qđ in bonis fieri nō ambigimus: ꝛ in malis forte etiā fit ita. Satis iam apparet qđ illi de pphetia induxerūt nō facere p eis q dicūt ei qui crimē sibi reseruat: de

Greg⁹. super Ezech. ꝛ habeť. d pše. di. iij. pluit.

alio veniā prestari p pniam. Alias qq̄ auctoritates inducūt. Ait enī Greg⁹. Pluit dñs sup vnā ciuitatē ꝛ sup alterā ñ pluit: ꝛ eādē ciuitatē ex pte cōpluit: ꝛ ex pte aridā relinqt. Cū ille q pri⁹ odit ab alijs vicijs se corrigit: vna eadēq̄ ciuitas ex pte cōpluit ꝛ ex pte arida remanet: qr sunt qdam qui cum qdam vicia resecēt: in alijs

Amb. super octonarium. xviij. ꝛ habeť de pše. di. iij. c. pma consolatio.

grauiter pdurāt. Item Amb. Prima cōsolatio est qr nō obliuiscit misereri deus. Scda p punitionē: vbi ꝛ si fides desit: pena satisfacit ꝛ releuat. Rōne quoq̄ vtuntur dicentes: Si qs vnū peccatuz cōfiteť altero tacito: satisfactionē a sacerdote iniūctā expleuerit: nunqd etsi pctm̄ tacitū cōuersus fuerit confessus pro vtroq̄ ei penitentia imponeť: Longe hoc videť a ratione ꝛ ecclesie consuetudine: q p eodem peccato nisi reitereť nulli bis penitentiaz impōit. Fuit ḡ illa pcti ꝯdigna satisfactio vñ ꝛ pctm̄ deletū videtur.

Quō accipiēda sunt pmissa. c

De pe. di. iij. c. qrat hic aliquis. §. illud etiā greg. vsq̄ ad finē ca.

His respōderi potest sic: illud Greg. pluit dñs ꝛc. Non ad criminis veniā: ſ ad opis praui desertionem referendū est: vt ideo ps ciuitatis dicatur cōplui: qr ab actu ꝛ delectatiōe peccati cui ante seruiebat mō cessat: nō q ei⁹ veniam habeat. Vocaturq̄ pluuia illa talis cōtinentia qua ab ope peccati reuocať: qr ex fonte grē dei id cordi istillať: vt vel sic paulatim ad pniam veniat: vel eo min⁹ a deo puniať q diuturniori delectatiōe ꝛ actu pcti mai⁹ sibi accumulasset tor

Matth. xviij.

mētū. Si vo ad indulgētiā reat⁹ pluuia referať: euāgelice sentētie ꝯtraire videbiť. Si enī ppter inmisericordiā qua qs primo suo nō misereť etiā que dimissa sūt replicanť ad penā: multomagis que nōduz sunt dimissa ppter odiū fraternū ad penā reseruari pbanť. Et si ille qui arbiter sue volūtatis cōstitutus est: nō pōt inchoare nouā vitā vt ait Aug. nisi peniteat eū veteris vite: quō ad nouitatē indulgentie pueniet qui odij vetustatē nō deposuit: Illud etiā qđ Amb. ait: ꝛ si fides desit pena satisfacit ꝛc. Nō de fide intelligiť q creditur i deū: ſ de ꝯscia delicti. Deest ei fides cū ꝯscia pcti nō subest. Nā cū delicta oia nemo intelligat: est aliqñ in hoīe pctm̄ cuius nō habet cōsciam. Unde apostolus:

j. Cor. iiij.

Nihil mihi ꝯscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Cum ḡ quis flagellať pro peccato cuius non est cōscius: si patiēter fert penam ꝛ humiliter amplectitur: cogitans se forte peccatum habere quod non intelligit ꝛ p eo puniri a deo: pena illa satisfacit ꝛ releuat grauatū. Ad hoc aūt qđ obijciť de satisfactiōe illa: si satisfactio ñ fuit iteꝝ imponēda est. Si vero iterum impo

Aug⁹.i.lib. de pnia. nenda nō est satisfactio fuit: ꝛ si satisfactio fuit: veniā impetrauit. Respōderi pōt satisfactionem iō nō fuisse qꝛ ille dignos fru-
Aug.i ench. ctus pnie nō fecit. Est em̄ satisfactio pnie vt ait Aug. pctōꝝ causas excidere nec suggestionib⁹ earū aditū indulgere. Itē Sane q̄ scelerate viuūt nec curant talem vitam moresq̄ corrigere ꝛ inter ipsa facinora sua elemosynas frequentare non cessant: frustra ideo sibi blandiuntur qꝛ dn̄s
Luce.xj. ait: Date elemosynā: ꝛ ecce oīa munda
De generib⁹ elemosynarū. sunt vobis. Hoc em̄ q̄ late pateat nō intelligunt. Multa em̄ sunt genera elemosynarū: q̄ cū facimus adiuuamur: nō solū q̄ dat esurienti cibū sitienti potū ꝛ hmōi: ſ etiā q̄ dat veniā petenti: elemosynam dat: ꝛ qui emēdat verbere in quē potestas dat̄ vel cohercet aliq̄ disciplina: vel orat vt ei pctm̄ dimittat̄: elemosynā dat: qꝛ misericordiā p̄stat. Multa em̄ bona p̄stātur inuitis: qn̄ eoꝝ ꝯsulitur vtilitati ꝛ nō vo-
Aug.i ench. lūtati: sed ea maior est qua ex corde dimittimus qđ in nobis quisq̄ peccauit. Minus em̄ magnū est erga eū esse beniuolū qui tibi nihil mali fecit. Illud multo grādius vt tuū etiā inimicū diligas: ꝛ ei qui tibi malū vult ꝛ si pōt facit: semꝑ bonū velis faciasq̄ qđ possis. Qđ ergo dominus ait date ele. et. o. m. s. v. ita ne intellecturi sumus vt nō credētib⁹ in xp̄m mūda sint oīa si elemosynas istas dederit? Qui eni vult ordinate elemosynā dare a se debet primū incipe ꝛ eā primū sibi dare. Est em̄ elemosyna op⁹ misericordie: verissimeq̄
Eccl.xxx. dictū ē: Miserere anime tue placēs deo Non ergo se fallāt q̄ per elemosynas largissimas fructum suoꝝ vel pecunie impunitatem se emere estimant, in peccatis per-
ps.x. manentes que ita diligunt vt in eis optēt versari. Qui vero diligit iniquitatē odit animam suā: ꝛ q̄ odit animā suā nō est misericors ei sed crudelis. Diligēdo quippe eam ſm seculū: odit eā ſm deū. Si ergo vult ei dare elemosynā ꝑ quā fit munda: odiat eā ſm seculū: ꝛ diligat eam ſm deū hac elemosyna quā sibi hō primit⁹ debet:
Matth.xxiij mundant̄ interiora. Ad qđ hortans xp̄s ait: Mundate que intus sunt: immūdis
Ad Titū.j. enim nihil est mundum: sed polluta sunt eoꝝ mens ꝛ ꝯscientia vt ait apl's. Immūdi vero sunt omnes quos non mundat fi-
Act.xv des: qua creditur in xp̄m de qua scriptū est: Mūdās fide corda eoꝝ. Sꝫ ne istas
Matth.xxiij elemosynas q̄ fiunt de fructibus terre respuere xp̄s videret̄: Hec inq̄t oportuit facere. s. iudiciū ꝛ charitatem dei: ꝛ illa non omittere. i. elemosynas fructuū terrenoꝝ. Ex his datur itelligi q̄ in pctō mortali ꝑmanentes ꝛ si elemosynas largas faciāt: nō tn̄ per eas satisfaciūt: qꝛ iordinate agūt dū a se non incipiūt: nec proprie dꝛ elemosyna tale op⁹: dum sibiipsis crudeles existunt: nō placentes deo. Nō ergo dicēda — De pe. di. iij. nihil ꝓdest.
est illa peccati satisfactio: quam quis agit pro vno peccato: dum perdurat in altero
Quia nihil ꝓdest ieiunare ꝛ orare: ꝛ alia — Pius papa.
bona agere nisi mēs reuocetur a peccato ꝛ si aliqn̄ conuersus tacitum peccatum sacerdoti fuerit cōfessus de vtroq̄ imponēda est ei satisfactio: quia de primo condigne non satisfecit.

Scđꝫ quosdā fuit satisfactio.

Quibusdā tamen

videt̄ fuisse satisfactio sed infructuosa dū — De pe. di. iij. c. q̄rat hic ad finem.
in pctō altero ꝑsistit: pcipiet̄ tamē fruct⁹ eius: icipietq̄ ꝓficere cū pcti alterius penituerit. Tunc em̄ vtrūq̄ dimittit̄ pctm̄ ꝛ satisfactō p̄cedēs viuificat̄ q̄ fuerat mortua: sicut baptism⁹ illi q̄ ficte accedit tunc primitus valet cū fictio a mente recedit ꝑ pniam. Et in hui⁹ opinionis munimētū auctoritates inducūt. Ait em̄ Aug⁹. Piū — Aug. de pe. di. iij. c. piū ē
ē credere ꝛ nostra fides expostulat: vt cū grā xp̄i in homine destruxerit mala priora etiam remuneret bona: ꝛ cū destruxerit qđ suū nō iuenit: diligit bonū qđ i peccāte plātauit. Itē Hiero. Si qn̄ videris — Hiero⁹. ibidē ca. si qn̄.
inter mlta peccata queq̄ facere aliqua iusta opa nō est tā iniustus de⁹: vt ꝓpt̄ multa mala obliuiscat̄ paucoꝝ bonoꝝ: ſ faciet ea metere ꝛ in horrea ꝯgregare q̄ bona in terra seminauit. Sꝫ hec dicta intelligimus de illo qui i charitate q̄dā tpe bona facit ꝛ bon⁹ ē: alio vero tpe mal⁹ ē ꝛ multa pctā facit. Nō ergo intelligendū est eū inter multa peccata iusta opa fecisse: q̄si simul eodēq̄ tpe pctā fecerit ꝛ iusta opa: ſ diuersis tpib⁹ vtraq̄ fecisse. Nisi em̄ bonus foret qn̄ bona fecit: nō seminasse diceret̄ in terra bona. Destructis ḡ mal' post opa bona cōmissis: priora bona in charitate. s. facta que sequētia mala mortificauerant: penitētia de illis malis habita viuificant̄ ꝛ remunerātur. Vn̄ apl's: Iaciē- — Apl's in epl'a ad Heb. ꝛ allegat̄ de peni. di. iij. c. intermittentes.
tes fundamentum penitentie ab operib⁹ mortuis opera mortua nominans priora bona significat: q̄ ꝑ sequēs peccatū erant mortua: qꝛ hi peccando priora bona irrita fecerūt. Hec sicut peccando irrita fiūt:

Ista ē distinctio. xvij. hui⁹ quarti libri: In qua mgr̄ postq̄ determinauit de partibus pnie: hic circa determinata mouet tres q̄ōnes incidētes quas f̄m ordinē soluit. Primo em̄ q̄rit an ad remissionē pcti sit necessaria ꝯfessio oris ⁊ satisfactio opis: vel sola ꝯtritio sine his sufficiat. Scd̄o vtrū sufficit cōfiteri soli deo sine sacerdote. Tertio vtrū possit fieri ꝯfessio laico. Primū vsq̄ ibi: Jam scd̄m q̄ōnis. Scd̄m abinde vsq̄ ibi: Nunc priusq̄ ꝑmissis auctoritatibus. Tertiū vsq̄ ad finez dis. In ꝑnāli snīa magistri stat in tribus ꝓpositionibus quarum prima est hec: In cordis vera cōtritiōe pctm̄ a deo dimittit̄ si votū dimittēdi ⁊ satisfaciēdi firmit̄ ꝯcipit̄. Hāc mgr̄ insinuās ꝓponit tres questiones q̄rū prima est: Utrū ad remissionē pcti necessaria sit cōfessio oris ⁊ satisfactio opis: vel sola cōtritio sine his sufficiat. Et tāgit circa eā tres opiniones. Quidam em̄ dixerūt cōtritionē sine ꝯfessione sufficere. Ad qd̄ confirmādū adducūt plures auctoritates per quas nitant̄ ostēdere ꝙ solū ꝓpositū ꝯfitendi ⁊ interior cordis gemitus sufficiūt ad deletionez peccati. Unde ⁊ leprosi mundati sunt qñ ostenderūt se sacerdotibus ⁊ Lazarus prius suscitatus itus q̄ foras prodijt. Alij vero dicunt necessariā fore cōfessionē: nec sine ipsa pctm̄ dimitti: si tp̄s illā faciendi assit: q̄ dictas auctoritates soluūt ⁊ alias ꝓ sua opinione adducūt: que dicere vident̄ ꝙ sola cōfessio iustificat ⁊ a morte liberat hoīem ⁊ ip̄m facit a peccati ꝓfundo nō absorbi ⁊ dicit ꝙ si sine ꝯfessione ⁊ pene solutione deleantur peccata: claues ecclesie frustra institute viderent̄. Inducunt etiā quasdam auctoritates per quas videtur probari ꝙ fiat remissio sine alicuius pene solutiōe. Postea determinat hāc questionem. d. ꝙ sine exteriori ꝯfessione ⁊ pene solutione deleant̄ pctā ꝑ cōtritionē ⁊ humilitatē cordis ⁊ cōfitendi ꝓpositū: hoc em̄ est ꝯfessio cordis ⁊ nō oris. Dūmodo ꝯtēptus ꝯfitēdi exterius ⁊ satisfaciendi nō assit sufficiūt contritio ⁊ humilitas cordis: vbi aūt facultas adest necessaria est ꝯfessio ⁊ satisfactio. Auctoritates aūt supradicte ad cordis cōtritionē ⁊ interiorē pniam referēde sunt. Addit etiam ꝙ sicut pcti remissio donū dei est: ita pnia ⁊ cōfessio ꝑ quā pctm̄ delet̄ a deo est. In hoc ergo ꝯcludit̄ tota determinatio ꝙ antequā fuerit ꝯfessio in ore si votū ꝯfessionis sit in corde sequit̄ remissio pctōꝝ: oportet tñ penitētē ꝯfiteri si tp̄s habeat. Secūda ꝓpositio est hec: Quāuis in ꝯtritiōe vere peccatum sit deletū: tñ absolutio est danda per sacerdotez discretū. Hāc mgr̄ insinuās ꝓponit scd̄am questionē. Utrū sufficiat ꝯfiteri soli deo ⁊ nō sacerdoti: vel an etiam necessariū sit cōfiteri sacerdoti. Ad qd̄ q̄dā auctoritates quidā adducunt in quibus videtur dici ꝙ sole lachryme interiores lauant delictū. Legit̄ em̄ ꝙ Petrus fleuit ⁊ nō confessus fuit: q: non est necessariuz ꝙ peccator pctm̄ suū ꝓdat ⁊ ꝙ sufficit ꝙ pctōr pctm̄ suū in se puniat lachrymis ꝓprijs. Postea ostēdit oppositū videlicet ꝙ preter ꝯfessionē deo factā oportet ꝯfessiōez facere sacerdoti si facultas assit. Et hoc pz ꝑ mltas auctoritates que dicūt ꝙ satisfactiōis mod⁹ ⁊ recōciliatio pctōꝝ ad ministros eccl'ie ꝑtinēt: q̄ nō pñt sine ꝯfessione fieri: ⁊ erubescētia que est in ꝯfessione peccatorum ⁊ pena ad remissionem opat̄ pctōꝝ. Uñ ⁊ leprosis dictum est vt ora sua ostenderent: ꝓpter ꝙ q̄to quis pluribus confitet̄ in spe venie turpitudinē criminis tanto facilius consequitur remissionē peccatoꝝ. Subdit aūt ꝙ nō est necessariū vt pctōr alij q̄ sacerdoti confiteat̄ crimē suū: q: ex hoc sequi posset scandalū presbyteroꝝ ⁊ retardatio a ꝯfessione. Tertia ꝓpositio est hec: Et si in periculo mortis copia sacerdotis nullatenus posset haberi: tūc licitū est ad cautelā laico confiteri. Hanc magister insinuās ꝓponit tertiā questionē que est: Utrū ꝯfessio possit vl̄ debeat fieri laico. Et determinat ꝙ facienda est discreto sacerdoti: q̄ sciat soluere ⁊ ligare vt simul cū potestate absoluēdi habeat iudiciū ⁊ discretionē: si tñ sacerdos defuerit faciēda est cōfessio ꝓximo vel socio. Ip̄m tñ bonū ꝓpositum ⁊ desideriū ⁊ hūiliatio confitentis valent ei ad remissionē peccatoꝝ: ⁊ specialiter facta ad ministeriū ecclesie: q̄ oīa auctoritatib⁹ ꝯfirmat. Subdit etiā ꝙ extra eccl'iam nō fit remissio. Beda tñ videt̄ dicere ꝙ leuia pctā ⁊ quotidiana licet socijs conferri etiā si assit copia sacerdotis ⁊ sufficit si tñ nō pretermittatur sacerdos ex contēptu: grauiora aūt sacerdoti confitenda: si tamen sacerdotum copia non assit grauiora etiaz sunt socijs confitenda. Magister tamen dicit ꝙ tutius ⁊ perfectius est simul leuia ⁊ grauia sacerdotibus confiteri: quibus concessa est potestas ligandi ⁊ soluendi. Postea etiam ex determinatione premissorum dat intelligentiam quarūdaz auctoritatū que supra inducebantur contra veritatem scd̄e opinionis. Ꝙ enim Chrys. dicit ꝙ pctōr non debet se in publicuz prodere: hoc intelligēdum est: ꝙ non oportet coraz multis hominibus publicare pctm̄: sz sufficit sacerdoti dicere. Ꝙ aūt. b. Amb. dic̄ lachrymas lauare delictū intelligēdū ē si ꝯfessio saltē soli sacerdoti facta sit: ⁊ si nō fiat confessio publica criminis. Ꝙ aūt ait idē se petri lachrymas legisse nō cōfessionē

dicendum q̄dem est ꝙ ꝓpter hoc nō excluditur ꝯfessio: multa em̄ facta sunt que tamē non sunt scripta vel forte nō dum erat confessio instituta. Q̄d autez Prosper dic̄ ꝙ sufficit ꝙ aliqui seipsos puniunt: intelligēdū est ꝙ sufficit sine ꝯfessione publica: nō excludit tn̄ cōfessionē priuatā que fieri debet sacerdoti. Addit etiā ꝙ sine cōfessione pctm̄ nō remittit̄ si facultas assit. Ultimo etiā q̄rit si in contritione peccatum delet̄ ad q̄d tūc necessaria est cōfessio. Et respondet ꝙ necessaria est confessio. Primo q2 est ps pn̄ie ꝓpter erubescētiā ꝯfitentis. Scd̄o q2 ꝑ confessionē sacerdos intelligit qualiter de pctō debeat iudicare. Tertio q2 ꝑ ꝯfessionem pctōr redditur humilior ꝛ cautior. Et tm̄ in spāli.

DI. XVIII de ꝯfessiōe sacramētali i se ꝙtū ad ptātē absoluētis virtute clauium i foro pn̄iali.

De remissione sacerdotis. a

Jc q̄ri solet si

b pctm̄ omnino dimissum ē a deo per cordis cōtritionē ex q̄ penitens votū habuit ꝯfitēdi: quid postea dimittat̄ ei a sacerdote? Uideo em̄ quo vinculo eum ligat. s. tēꝑalis pene: s3 nō a q̄ eū absoluat. Et ideo quero. Ante penitudinem quippe cordis anima rei maculā habet ꝛ fetorē pcti: atq3 eterne vltionis vinculo ligata existit: si vero an̄ ꝯfessionē per cordis contritionez deus ꝑ seip̄m sine ministerio sacerdotis ꝛ debitū oīno relaxat: ꝛ aīam interi⁹ purgat a contagione ꝛ fetore pcti q̄d ḡ mūdat? q̄d dimittit sacerdos? vbi sunt claues ille quas dn̄s tradidit petro ꝛ successoribus eius dicēs: Tibi dabo claues regni celoꝝ: ꝛ quecūq3 ligaueris sup terrā erunt ligata ꝛ in celo: ꝛ quecūq3 solueris sup terrā erūt soluta ꝛc̄. Ut autē premissa q̄stio plenius explicari valeat: q̄si altius ducto rhete de his clauib⁹ ꝛ vsu earum disseramus.

Matth. xvj.

Luce. v.

De clauibus. b

Claues iste n̄ sunt

corꝑales s3 spūales. s. discernendi scientia ꝛ potētia iudicādi. i. ligādi ꝛ soluēdi: qua dignos recipe: ꝛ indignos debet excludere a regno ecclesiastic⁹ iudex: qui sicut habet ius ligādi: ita ꝛ soluendi: vnde Amb. Dominus par ius ꝛ soluēdi esse voluit ꝛ ligandi: qui vtrūq3 pari conditione permisit. Ergo qui soluendi ius non habet: nec ligandi habet: ꝛ infra. Certū est ꝙ ecclesie vtrūq3 licet: heresis vtrūq3 non habet. Jus enim hoc solis permissum est sacerdotibus. Recte ergo ecclesia hoc sibi vēdicat: que veros sacerdotes habet: heresis vendicare non potest que veros sacerdotes non habet.

De pe. di. j. c. Ubū dei.

De vsu clauium. c

Usus vero harū

clauium multiplex est: discernere sc3 ligādos ꝛ soluendos ac deinde ligare vel soluere. Qui em̄ vt ait Greg. indignos ligat vel soluit ꝓpria ptāte se priuat. i. dignum priuatione se facit.

Si sacerdos pōt dimittere vel retinere peccata. d

Sed querit̄ vtrū

a pctō soluere valeat sacerdos. i. a culpa: vt culpe maculam abstergat vel debitu3 eterne mortis soluere valeat? Quida3 arbitrati sunt: cū pctōr dupliciter ligat⁹ teneat̄ vt p̄dictū est. s. mentis cōtagione ac cecitate: ꝛ debito future pene: alterū curari ꝑ deum: alterū solui ꝑ sacerdotem. Patitur em̄ ꝑ pctm̄ quasdā tenebras interiores ꝛ maculas a quib⁹ nisi liberet̄ ꝓijciet in tenebras exteriores. Cū aūt liberat̄ ab his suscitat̄ a morte pcti. Un̄ apl's: Surge q̄ dormis ꝛ illuminabit te xp̄s. Solus em̄ xp̄s nō sacerdos animā resuscitat: ac pulsis tenebris interioribus ꝛ maculis eā illuminat ꝛ mūdat qui aīe faciē lauat: debitū vo eterne pene soluere cōcessit sacerdotibus: q̄d in resurrectiōe Lazari signatum asserūt: quē xp̄s prius ꝑ se interi⁹ viuificauit: deinde foras exire iussit: eūq3 adhuc ligatū soluere aplis p̄cepit: q2 vt aūt ipse interi⁹ aīam a caligine maculaq3 pcti emūdat: sacerdotibus vero dedit vinculum eterne mortis soluere. Alij vo dicūt solū deū nō sacerdotē debitū eterne mortis dimittere sicut ꝛ aīam interius ꝑ se viuificat: nec tn̄ diffitent̄ sacerdotib⁹ traditam potestatē pctā dimittēdi ꝛ retinēdi q̄bus dictū ē: quoꝝ remiseritis peccata ꝛc̄. Sic em̄ xp̄s retinuit sibi ptātē baptismi: ita ꝛ pn̄ie. Et ideo sicut interius gr̄a sua aīam illuminat: ita ꝛ simul debitū eterne mortis relaxat. Jpse em̄ ꝑ seip̄m pctā penitentiū tegit: ꝛ tūc tegit qn̄ ad penā nō reseruat. Tūc ergo tegit qn̄ debitū pene soluit. Q̄ aūt ip̄e tegat apte dicit Aug. exponēs illū locū psalmi. Quoꝝ tecta sūt peccata. i. coopta ꝛ abolita. Si em̄ texit deus pctā: noluit aduertere: si noluit aduertere noluit aīaduertere. i. pūire: s3 igscere. Jta ergo dicit a deo tecta vt de⁹ nō videat. i. eternaliter puniat. Uidere enim dei pctā est ad penam imputare. Auertere autem faciem a peccatis: hoc est ea ad pena3 nō

Oppinio quorundam.

Matth. xxij.

Eph. v.

Jo. xj.

Aliorum snīa verior.

Jo. xx.

Aug⁹. super ps. xxxj.

Hiero. in glo. ibidē. reseruare. Item Hiero. Quibus deus di Cassiodorus. mittit peccata tegit: ne in iudicio reuelent. Itē Cassiodorus. Qui grauia habēt peccata: alijs deus imputat: alijs p misericordiā nō imputat. Ex his aperte ostēdit q deus ipse penitētē soluit a debito pene: et Bōne vtit ad pbādum qd dixit. tūc soluit qn̄ intus illuminat inspirādo verā cordis ꝯtritionem. Cui sentētie ratio suffragat et auctoritates attestant. Nemo em̄ vere cōpungit de pctō: habēs cor cōtritū et hūiliatū: nisi in charitate. Qui aūt charitatē habet: dign⁹ est vita eterna. nemo aūt simul vita et morte dignus est. Nō Eph. ij. est ergo tūc ligatus debito eterne mortis Fili⁹ em̄ ire esse desijt ex quo diligere et pe Joh. iij. nitere cepit. Ex tūc ergo solut⁹ est ab ira q̄ nō manet sup illū qui credit in xp̄m s3 sup illum qui nō credit. Nō ergo postmoduz per sacerdotē cui ꝯfitet ab ira eterna liberatur: a qua iam liberatus est p dn̄m ex q̄ dixit cōfitebor. Solus ergo deus hominem interius mūdat a peccati macula et a Esa. xliij. debito eterne pene soluit qui per ꝓphetā ait: Ego solus deleo iniq̄tates et pctā po Amb. autori tate pbat idē. puli. Itē Amb. Verbū dei dimittit pctā: sacerdos et iudex. Sacerdos quidem officiū suum exhibet: s3 nullius potestatis iura exercet. Idē. Ille solus pctā dimittit q̄ Aug. contra Julianū. Joh. j. solus pro peccatis nr̄is mortuus est. Itē Aug⁹. Nemo tollit pctā nisi solus deus: qui est agnus tollens peccata mūdi. Tollit autem et dimittēdo que facta sunt: et adiurādo ne fiant: et perducendo ad vitam: vbi omnino fieri nō possunt. His alijsq3 pluribus testimonijs docet dominū solū p se peccata dimittere: et sicut dimittit q̄busdam ita et alioꝝ quorundam peccata retinet.

Qd sacerdotes etiā dimittūt peccata et tenent pctā suo modo. e

Nec ideo tamē ne Matth. xvj. Joh. xx. Aug. super Johannē. gam⁹ sacerdotib⁹ ꝯcessam ptātē dimittēdi et retinēdi peccata: cum hoc veritas in euāgelio apte doceat. Hinc Aug. ait. Ecclesie charitas que p spiritūsanctū diffun Aug. in li. de vita. Joh. xj. dit in cordib⁹ eoꝝ q̄ pticipes sui sunt peccata dimittit: eoꝝ q̄ nō sūt tenet. Idē Sacerdotes pn̄t ꝯfitentib⁹ pcere: q̄b⁹ em̄ remittunt remittit deus. Lazarū em̄ de monumēto suscitatū obtulit discipulis soluē Matth. xvj. dū: p hoc ostēdēs ptātē soluēdi cōcessam sacerdotibus. Dixit em̄: Qocūq3 solue: super ter. erit so. et in celo etc. hoc est: Ego deus: et omēs celestis curie ordines et omnes sancti in gloria mea laudāt vobiscum et confirmant quos ligatis et soluitis. Nō dixit quos putatis ligare et soluere: sed in quos exercetis opus iusticie et misericordie. Aliter autem vel alia opera vestra in peccatores nō cognosco. Idem. Cum ve In li. de bapt puulorum. vj. raciter ad deū conuerso peccata dimittūtur ab eis dimittuntur quibus ipe veraci cōuersione ꝯiūgit. Spūssctūs ea dimittit qui datus est omnibus sanctis sibi charitate coherētibus: siue se nouerint corporaliter siue nō. Similiter cū alicuius tenētur pctā: ab eis tenent a quib⁹ ille cordis prauitate disiūgitur siue notis corpaliter siue ignotis. Oēs em̄ mali spūaliter a bonis seiūcti sunt. Ecce hic dicit pctā dimittit vel teneri a sctis viris: et tn̄ spm̄sctm̄ ea dimittere dicit: et qd maiori ꝯsideratione dignū ē idē etiā dicit: q de⁹ p se vel p sanctos suos tm̄ dimittit pctā. Ait em̄ sic: Sa Idē in eodē. cramētū grē dat de⁹ etiaz p malos: ipsam vo grām nō nisi p seipm̄: vl' p sctōs suos. Et ideo remissionē peccatoꝝ vel p seipm̄ facit vel p ipsius colūbe membra quibus ait: Si cui dimiseritis: dimittent. Ecce q̄ varia a doctoribus traduntur sup his: et in hac tāta varietate q̄d tenēdum: Hoc sane dicere ac sentire possumus: q solus deus dimittit peccata et retinet: et tamē ecclesie cōtulit potestatez ligādi et soluēdi: s3 aliter ipse soluit vel ligat: aliter ecclesia. Ipse em̄ per se tantum dimittit peccatum quia et animā mūdat ab interiori macula: et a debito eterne mortis soluit.

Quomodo sacerdotes ligāt vel soluunt a peccatis. f

Nō autem hoc sacerdotibus cōcessit: quibus tm̄ tribuit potestatē soluēdi et ligandi. i. ostendendi homines ligatos vel solutos. Vn̄ dn̄s lepro Matth. viij. Luce. v. sum sanitati prius per se restituit: deinde ad sacerdotes misit quoꝝ iudicio ostēderetur mundatus. Ita etiam Lazarū iam Joh. xj. viuificatum obtulit discipulis soluēdum: quia et si aliquis apud deū sit solutus: nō tamē in facie ecclesie solutus habetur: nisi per iudicium sacerdotis. In soluendis ergo culpis vel retinēdis: ita operatur sacerdos euāgelicus et iudicat sicut olim le Leuitici. xiij. galis in illis qui ꝯtaminati erāt lepra que peccatū signat. Vn̄ Hiero⁹. super Mat Hiero. super Matth. xvj. theum vbi dn̄s ait Petro. Tibi dabo claues regni celorum: et quodcūq3 ligaueris

super terrã erit ligatũ ꝛ in celis: ꝛ qõcũqꝫ solueris sup terrã erit solutũ ꝛ in cel. Hũc
Hiero. i glo. inqt locũ qdã nõ intelligẽtes aliqd sumũt de supcilio phariseoꝝ: vt dãnare innoxios: vel soluere se putent noxios: cũ apud deũ nõ sñia sacerdotũ: ſ reoꝝ vita queratur. In leuitico se ostẽdere sacerdotibꝰ iubent leprosi: quos illi nõ faciunt leprosos vel mundos: sed discernũt q mundi vel imundi sunt. Ita ꝛ hic aperte ostẽditur qꝫ nõ sp sequitur deus ecclesie iudiciũ q per surreptionẽ ꝛ ignorantiã interdũ iudicat deus aũt sp iudicat ſm veritatẽ. Et in remittẽdis vel in retinendis culpis id iuris ꝛ officij habẽt euangelici sacerdotes: qð olim habebant sub lege legales in curandis leprosis. Hi ergo peccata dimittũt vl retinent: dum dimissa a deo vel retenta iudicant et ostendunt. Ponunt enim sacerdotes nomẽ domini super filios israel sed ipse benedicit vt dicitur in numeris. Hũc modum ligandi ꝛ soluendi Hieronymus supra notauit.

Leuitici. xiij. — Numeri. xvj. — Numeri. vj.

Aliꝰ modꝰ ligãdi ꝛ soluẽdi. g

Augꝰ. Ligant quoqꝫ sacerdotes dũ satisfactionẽ pnie ↄfitẽtibus imponũt. Soluũt cũ de ea aliqd dimittũt vel p eam purgatos ad sacroꝝ cõmunionem admittũt. Quem modum superius
De pe. di. xvij Leo papa notauit. Scðm hunc modum dicunt etiã sacerdotes dimittere pctã vel retinere. Vñ supius Augꝰ. dixit: Quibꝰ remittũt ꝛ remittit ds ꝛc. Opꝰ eñ iusticie exercent in peccatores cum eos iusta pena ligant: opus misericordie: dũ de ea aliquid relaxãt vel sacramẽtoꝝ cõmunioni conciliãt: alia opa in pctõres exercere nequeunt. Et notãdũ est qꝛ quos satisfactione penitentie ligant: eo ipso a peccatis solutos ostendũt: qꝛ nõ imponit alicui satisfactio pnialis: nisi quẽ sacerdos vere penitentẽ arbitrat. Alij vero nõ imponũt: ꝛ eoipso pctm̃ retineri a deo iudicãt. Qꝫ aũt
Aug. in li. de penitentia. h ad claues ptineat. Augꝰ. ostẽdit dicẽs: Frustrat claues ecclie qui sine arbitrio sacerdotis pniam agit: si sine oris ↄfessione criminis indulgentia impcat. Est ꝛ alius modus ligandi ꝛ soluẽdi q p excõicatiõez gerit dum aliqs ſm canonicã disciplinaz tertio vocatus ad emendationẽ manifesti delicti ꝛ satisfacere vilipẽdes: sñia ecclie a loco orõnis ꝛ sacroꝝ cõione ꝛ fideliũ cõsortio pscindit vt erubescat: ꝛ pudore sceleris ↄuersus peniteat: vt sic spũs eiꝰ saluus sit. Qꝫ si pniam ↄfitens resipuerit: ne
j. Cor. v. gate cõmunioni admittit: ꝛ ecclesie recõciliatur. Hec est aũt ecclesie anathematizatio: hanc penam illis q digne pcellunt infligit: qꝛ grã dei ꝛ ptectio illis amplius subtrahitur: ac sibijpsis relinquũtur: vt sit eis liberũ ruere in interitũ peccati. In quos etiã maior diabolo seuiendi dat potestas. Orationes qꝫ ecclesie ꝛ benedictionũ ac meritoꝝ suffragia eis nequaqꝫ suffragari putantur.

Quomodo ſm hos modos itelligendum sit illud: Quodcunqꝫ solue. ꝛc. h

Scðm hos ligãdi ꝛ soluẽdi modos quõ veruz est qð dicit.
Matth. xvj. Quodcũqꝫ solueris sup terrã erit solutũ ꝛ in celis: ꝛ quodcũqꝫ ligaueris sup terrã erit ligatũ ꝛ in celis ꝛc. Aliqñ eñ ostẽdũt solutos vel ligatos qui ita nõ sunt apud deũ ꝛ pena satisfactionis vel excõmunicationis interdũ indignos ligãt vel soluũt: ꝛ idignos sacramẽtis admittũt: ꝛ dignos admitti arcent. Sed intelligendum est h in illis quorum merita solui vel ligari postulant. Tunc eñ sñia sacerdotis iudicio dei ꝛ totius celestis curie approbat ꝛ cõfirmatur: cũ ita ex discretõe pcedit vt reorum merita non cõtradicãt. Quoscũqꝫ ergo soluũt vel ligant adhibentes clauẽ discretionis reoꝝ meritis: soluunt vel ligãtur in celis: id ẽ apud deũ: quia diuino iudicio sacerdotis sñia sic pgressa approbatur ꝛ ↄfirmat. Quos ergo ſm merita sententia ecclesie pcellit ledit ꝛ illi foris sunt apud deũ. Qui autem nõ meruit: sñia ecclesie nõ ledit nisi ↄtẽnat. Vñ Origenes
Origenes sup Leuiticũ. Exijt quis a veritate a fide: a charitate: p hoc exit de castris ecclesie: etiam si episcopi voce non abijciat: sicut ecõtra aliquis non recto iudicio foras mittitur: sed si nõ egit vt mereretur exire: nihil legitur. Interdum eñ q foras mittit intus est: ꝛ qui foras est: intus videt retineri. Ecce qualis ꝛ qñtus est vsus apostolicarũ clauiuz. Jam ostensum ẽ ex pte qualiter sacerdotes dimittunt peccata vel teneant: ꝛ tamẽ retinuit sibi deus quandam singularẽ potestatẽ dimittẽdi vel retinẽdi: qꝛ ipe solus per se debitum eterne mortis soluit ꝛ aiaz interius purgat.

Que sint interiores tenebre ꝛ iterior macula. i

Hic querit que sit illa macula & q̄ sint ille tenebre interiores a quibus deus interius animã purgat: cũ verã pniam immittit? De tenebris et interiori caligine sat facile est & intelligere & rñdere. Cũ eñ q̄s mortalit̃ delinq̄t & grã ṽtutis p̃uat̃ si q̄ p̃cessit: & naturaliũ bonoꝝ elisionẽ patit̃: vñ & intellect⁹ obtundit̃ & totus hõ interior obtenebrat̃: & ita q̄si caligine q̄dã mens obuoluit̃: q̄ caligo pcti pena est. Hãc ṽo de⁹ pellit cum pniam imittit p̃ quã p̃dita bona restituit
Psal.cxlvij. & vitiata reparat. Vñ pp̃ha. Nebulã sic cinerem spargit. Sz q̄ est macula pcti a q̄ animã lauat? Ecce eñ quis voluit facere homicidiũ et patrauit: q̄ patrato desinit tam velle q̄ꝫ facere: nõdũ tñ vere & hũiliter penitet: nec cõfiteri p̄ponit. Que ḡ remansit in aia illius macula? Mala volũtas quidem fuit macula illius anie: sed illa transijt. Macula etiã est si penitere cõtemnit sed hoc ẽ peccatũ aliud a p̃cedẽti. Que ḡ macula remãsit a qua ip̄e in penitentia purgat̃? Polluta quidẽ est aia
Leuitici.xj. Numeri.xix. quousqꝫ peniteat: sicut erat dũ in ea praua erat volũtas. Sicut eñ qui tãgit morticinũ vel aliud imundũ: ita pollutus est post tactum quousqꝫ lauat̃: sicut fuit dũ tangeret: ita post actũ pcti ita polluta remanet anima sicut fuit in ip̄o actu pcti: q2 ita est lõge a deo p̄ dissimilitudinẽ q̄ ẽ vita et mundicia mentis: sicut fuit dum peccatũ ageret. Ipsa ḡ dissimilitudo q̄ inest anie ex peccato: & est a deo elõgatio: anie macula intelligit̃ a qua purgat̃ in penitẽtia. Hoc aũt solus de⁹ facit: q̄ solus suscitat animã et illuminat: quod sacerdotes nequeunt qui tamen medici sunt anima-
Psal.lxxxvij. rũ. Unde pp̄heta: Nunq̄d medici suscitabunt et confitebunt̃ tibi: qđ exponens Augu. ait: Boni doctores recte medici dicuntur: qui viuentes curare ministerio possunt: ſ; non mortuos suscitare. Sola enim dei gratia reuiuiscunt.

Ista ẽ distinctio. xviij. hui⁹ q̄rti libri: in qua magister postq̄ꝫ determinauit de penitẽtia q̄tũ ad ei⁹ partes: hic ꝯsequẽter determiat de potestate ministroꝝ hoc sacramentum dispensantium. Et circa hoc tria facit. Primo enĩ numerũ clauiũ & in q̄ eoꝝ vsus cõstat p̄ponit. Scđo quomõ solus de⁹ peccata dimittat subdit. Tertio etiã moduz quo sacerdotes ligant et soluunt adiungit. Primũ quidem facit a p̃ncipio dis. vsqꝫ ibi. Sed q̄ritur vtrum a peccatis. Secũdum vsqꝫ ibi: Nõ autem hoc sacerdotibus. Tertium vero ab inde vsqꝫ ad finem distinctionis. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus quarum prima ẽ hec: Claues he sacerdotibus cõcesse sunt scientia discernendi: et spiritualis potentia iudicãdi. Hanc enim propositionez magister insinuans querit: Cũ in sola contritione cum proposito confitendi dimittatur peccatũ q̄ꝫtum ad maculã & reatũ pene añ cõfessionẽ sacerdoti factã: quid ḡ dimittit sacerdos ĩ sua absolutione: & quid etiã virtus clauium operat̃. Postea aũt magister determinat q̄d sit virt⁹ clauiũ et dicit: q̄ꝫ ille claues nõ corp̄aliter sed sp̄ũalit̃ intelligẽde sunt & nihil aliud sũt q̄ꝫ scia discernẽdi: & potentia iudicãdi: q2 iudex ecclesiastic⁹ habet dignos recipere: & indignos excludere a regno dei. i. ab ecclesia vel sacramentoꝝ p̄ceptiõe: vbi etiã subdit q̄ꝫ vis ligãdi similiter et vis soluendi sacerdotibus ecclesie cõpetit et nõ hereticis. Postea etiam dicit q̄ꝫ vsus clauium in duobus consistit. s. in discernendo ligãdos & soluẽdos. & etiam in ligando ligandos: similiter & in dissoluendo ligatos. Scđa p̄positio est hec: Solus deus maculã culpe abstergit & a debito mortis eterne absoluit. Hanc eñ p̄positionez mgr̃ insinuãs querit q̄d oper̃ sacerdos in absoluendo a peccato. vtrũ. s. culpam vel etiam penam tollere possit. Tãgit aũt mgr̃ circa hoc duas opiniões Quibusdã videt̃: q̄ꝫ deus animã suscitat a morte et sacerdos remittit reatũ pene. Vñ & dñs Lazarũ p̃us suscitauit & viuificauit: et postea ap̄l'is soluendũ reliquit. Alijs ṽo videt̃ q̄ꝫ solus deus sicut animã viuificat interius tollendo culpã sic & reatum pene eterne relaxat. Tamẽ sacerdotibus tradita ẽ p̄tãs dimittendi peccata & retinẽdi. sicut eñ deus solam potestatẽ baptismi sibi retinuit ita & pnie. Et hãc sñiam approbat magister tanq̄ꝫ rõnabilẽ: simul eñ cũ culpa pena dimittit̃: et nemo vere conteritur nisi homo qui est in charitate: q̄ aũt charitatem habet dignus est vita eterna: & nõ pena eterna vel morte et ideo de⁹ qui dimittit culpã etiã dimittit penam. Quod autoritatib⁹ sanctoꝝ confirmat. Postea dicit q̄ꝫ nõ obstante q̄ꝫ solus deus dimittit pctã: veruz tamen est q̄ꝫ etiã sacerdos habet p̄tãtem dimittẽdi & retinendi peccata et aliq̄d operat̃ p̄ istã potestatẽ qua peccata dimittit & retinet: quod plurib⁹ autoritatibus cõfirmat. Postea dat vnũ modũ q̄ sacerdotes dicunt̃ ligare & soluere dicẽs: q̄ꝫ deus p̄ se dimittit culpam mundando animã a macula culpe: et soluẽdo debitũ pene eterne. Sacerdotes ṽo dimittunt & soluũt remissionẽ factã vel nõ factaz manifestãdo & ostendendo factam. Vñ dominus prius et p̄ se leprosis sanitatez restituit. Deinde ad sacerdotes misit quorum iudicio ostenderentur mundati. Vñ et si aliquis apud deũ est absolutus: nõ tñ in facie eccl'ie absolut⁹ habet̃ nisi p̄ iudiciuz sacerdotis. Unde sicut sacerdos legalis lepram nõ mundauit: sed inter mũdos & immũdos discernebat: ita sacerdos euangelij pctã non dimittit: sed vtrum dimissa sint iudicat & ostẽdit. Tertia p̄positio est hec: Sacerdotes ligant cũ satisfationẽ imponũt penitentie Tunc vero soluunt cum de ea aliquid dimittunt et purgatos ad sacramentorũ cõmunionẽ admittuut Hãc magister insinuans ꝯtinuat p̄dicta. s. ponẽdo scđm modũ quo sacerdotes dicunt̃ ligare inq̄ꝫtum penam satisfactoriam penitentibus imponũt. Soluere ṽo dicunt̃ quãdo aliquid de satisfactiõe debita releuãt & purgatos ad sacramentoꝝ cõionez admittunt et sic ecclesie recõciliãt. In primo exercent opus iusticie. In secũdo opus misc̃die: eo q̄ꝫ ligant ad satisfactoriã penam & peccatorem solutuz ostendunt quia nulli pena satisfactoria imponitur nisi ei quem sacerdos vere penitentem arbitrat̃. Q̄ aũt penã imponere ad claues pertineat ostendit p̄ hec

J

tum Aug. qui dicit ꝙ pnīa sine arbitrio sacerdotis frustrat̃: ⁊ cōtemptibiles claues ecclesie facit: et ꝙ sine vocali cōfessione supposita mentali indulgētia haberi nō pōt. Postea ponit tertiū moduʒ q̄ sacerdotes soluunt ⁊ ligāt ꝑ excōicationeʒ. Tunc em̄ q̄s hoc modo ligatur dum tertio vocatus ad emendationem manifesti delicti ⁊ satisfactionem vilipēdēs ꝑ sniam ecclie a loco orōnis ⁊ sanctorū cōmunione ⁊ a ꝯsortio fidelium p̄scindit̃ vt erubescat ⁊ pudore sceleris ꝯuersus peniteat. Tūc vo soluit̃ qn̄ pniaʒ ꝓfitēs cōioni admittit̃ ⁊ ecclie recōcilliat̃: ꝑ hāc aūt excōicationē hec infligit̃ pena: ⁊ grā diuina ⁊ ꝓtectio homini subtrahit̃ angelica. vt derelictꝰ liberꝰ in pctm̄ cadat: diabolo etiā potestas in talē hoiem datur: orationes ecclie illi nō ꝓdesse putant̃. Postea querit̃ quō ſm hos modos tres ligādi ⁊ soluēdi verum sit ꝙ dn̄s dicit illa in celis est soluta ⁊ ligata que in terris sacerdotes ligauerunt ⁊ soluerunt cū tamen ipi quādoq̄ ligatos et solutos ostendant qui nō sunt absoluti coram deo etiaʒ predictoꝝ modorum trium: ipi etiam interdū indignos ligant et soluunt. Et respōdet ꝙ intelligendū est ꝙ tunc solutio ⁊ ligatio sacerdotis diuino iudicio approbat̃ quando clauis discretionis adhibita sit ſm exigentiam meritorū. Quando autē sacerdos in iudicando errat: tunc qui ligatur apud deū iudicem ligatꝰ nō habetur nisi ecclesie sentētiā cōtemnat. Et similiter dicendū est de solutiōe. Unde ſm Orige. Interdū qui foras mittitur intus est: ⁊ qui foras est interius retineri videt̃. Ultimo occasione huiꝰ querit que sit illa macula ⁊ que sint ille interiores tenebre a quibꝰ deus animā purgat cū penitentiaʒ imittit. Et respōdet q̄tum ad maculā que remanet in anima: ꝙ illa nō sit mala voluntas: quia illa transiuit: nec pnie cōtemptus: q̄ illud est nouū peccatuʒ: sed dissimilitudo et elongatio a deo que tanq̄ macula inest anime a qua purgat̃ ꝑ penitentiā: q̄tum vero ad tenebras interiores respondendo dicit: ꝙ hominis mortaliter peccantis intellectꝰ obtenebrat̃ ⁊ naturalia vitiant̃ ⁊ gratia dei priuat̃: ꝑuatio ergo gratie dei ⁊ deterioratio bonoꝝ naturaliuʒ est interior mentis caligo a quibꝰ oīibꝰ curat̃ ꝑ pniaʒ. Addit etiā ꝙ sacerdotes sunt sicut medici aīaꝝ medici autē pn̄t viuētes curare: sʒ non pn̄t mortuos suscitare sic sacerdotes in ministerio curāt: sola autē gratia dei viuificat. Et tm̄ in speciali.

Qn̄ hee claues dant̃ ⁊ q̄bꝰ. a

DI. XIX. De cōfessione sacrāli i cōpatione ad suscipientes.

p Ostq̄ʒ ostensum est q̄ sint claues apostolice ⁊ q̄s eaꝝ vsus: supest inuestigare qn̄ iste claues dent̃ ⁊ q̄bꝰ: Dant̃ he claues ꝑ ministeriū epi alicui i ꝓmotiōe sacerdotij. Cū em̄ recipit ordinē sacerdotalē: sil' ⁊ has claues recipit: sed nō videtur ꝙ omnes vel soli sacerdotes has claues habeāt: q̄ plerīq̄ an̄ sacrā ordinationē sciam discernēdi hn̄t: plures pꝰ ꝯsecrationē ea carent. Sane dici pōt: ꝙ alteraʒ clauiū istarū. i. sciam discernendi non habent omnes sacerdotes: vn̄ dolenduʒ est atq̄ lugendū. Multi em̄ licet indiscreti atq̄ sciētie qua eminere debēt exortes: sacerdotij gradū recipe p̄sumūt: vita et sciētia eo indigni q̄ nec an̄ sacerdotiū nec pꝰ sciam habēt discernēdi: q̄ ligandi sint vl' soluendi. Ideoq̄ illā clauē in ꝯsecratiōe nō recipiūt: q̄ sp̄ scientia carent.

Q nō oīs sacerdos alterā clauē hʒ. ſ. sciētiam discernendi.

Qui vo an̄ sacerdotiū scia discernēdi prediti sunt licet habeāt discretionē: nō tn̄ in eis ē clauis: q̄ nō valent ea claudere vel aperire. Ideoq̄ cū ꝓmouet̃ i sacerdotē: clauē discretiōis recte d̄r accipe: q̄ ⁊ an̄ habita discretio auget̃: ⁊ fit i eo clauis: vt ea iā valeat vti ad claudendū vel aperiendū.

Si alterā clauē oēs habeāt. ſ. potentiā ligādi ⁊ soluēdi. b

Unqʒ iam cōstet nō oēs sacerdotes illas duas claues hr̄e: q̄ scia discernēdi plerīq̄ carēt: de altera id est potētia ligādi ⁊ soluendi queritur: vtrū oēs sacerdotes eam habeāt: Quidam em̄ hanc ptātem putāt illis solis esse ꝯcessam: qui doctrinā simul ac vitā apostoloꝝ seruant. Illas em̄ claues promisit dn̄s Petro ⁊ imitatoribus eius tantū: vt aiunt: qui etiam autoritatibꝰ vtunt̃ i munimētū sue opiniōis. Hoc eni dicūt Augustinū sensisse vbi supius ait: Remissionē pctōꝝ vel ꝑ seipm̄ facit deꝰ vel ꝑ colūbe mēbra. Dicit etiam idem pctā dimitti vel teneri a sctis. Idem sup Exoduʒ vbi de lamina aurea legit̃. Erat aūt lamia aurea semp in fronte sacerdotis. Hec inq̄t significat fiduciā bone vite: quā qui vere perfecteq̄ nō significatione sed veritate sacerdos habet solus potest auferre pctā. Item Grego. Illi soli habent in hac carne positi potestatem ligandi et soluēdi sicut sancti apostoli: qui illoruʒ exempla simul cum doctrina tenent. Item ex dictis Orige. Hec potestas soli Petro ꝯcessa ē et imitatoribus Petri. Nam q̄cūq̄ vestigia Petri imitant̃: hn̄t recte ligādi ⁊ soluendi potestateʒ. His alijsq̄ testimonijs innitunt̃ qui asserūt potestatē ligandi ac soluendi illis solis cōcessam sacerdotibꝰ qui vita et doctrina pollēt sicut apl'i.

Matth. xvi.

Aug. in li. de baptismo paruulorum.

Exod. xxviii.

Grego. in tractatu euāgeliorum.

Aliorum sententia verior. c

Alijs aūt videtur quod ⁊ mihi placere fateor: cunctis sacerdotibus hanc clauem dari. ſ. ligādi ⁊ soluendi: ſʒ nō eam recte ac digne habent: nisi qui vitam ⁊ doctrinā apostolicā seruāt. Nec premisse autoritates malos sacerdotes hanc ptātem negant habere: sed illos

solos digne ac recte hac ptāte vti signifi-
cant qui prediti sunt vita ⁊ doctrina apo
stolica: q2 soli ipo⁊ aplo⁊ imitatores di-
gne recteq̧ pñt ligare ⁊ soluere. Et p do
minū tm̄ vel p sctōs in quib⁹ habitat spi-
ritussanct⁹ digne ⁊ recte fit remissio vl' re-
tentio peccato⁊. Fit tamē ⁊ p illos q̄ san-
cti nō sunt: ꝫ nō digne vel recte. Dat eni
deus bn̄dictionē digne poscenti etiam p
indignū ministrū. Q ꝫo hanc potestatē
habeant omnes sacerdotes. Hiero. testa-
tur sup illum locū euangelij: vbi dn̄s di-
xit Petro: Tibi dabo claues regni celo-
rū. Habent eni inquit eandem iudiciari-
am potestatem alij apostoli: habet et oīs
ecclesia in episcopis ⁊ p̄sbyteris. Sed iō
Petrus eā specialiter accepit: vt omnes
intelligāt q̧ quicūq̧ ab vnitate fidei ⁊ so
cietate ecclesie se sepauerit: nec a pctis sol
ui nec celū potest ingredi. Item q̧ sacer-
dos etiam si malus sit grām tamē trāsfun-
dit p sue dignitatis officio. Aug. ostēdit
dicēs: Dictū ē a dn̄o in numeris ad moy-
sen ⁊ aaron sacerdotes: vos ponite nomē
meū sup filios isrl': ⁊ ego dn̄s bn̄dicā eos
vt grāz traditā p ministeriū ordinati trās
fundat hominib⁹: nec volūtas sacerdo-
tum obesse vel pdesse possit: ꝫ meritū bn̄
dictionē poscentis. Quanta aūt sit digni
tas sacerdotalis officij ⁊ ordis hic aduer-
tamus. Dictū ē de neqssimo Caypha in
ter cetera. Hoc autē a semetipo nō dixit
ſz cū esset pontifex anni illius pphetauit
p qd ostēdit spm̄ grā⁊ nō psonā sequi di
gni vel indigni: ꝫ ordinē traditionis vt
q̄uis aliquis boni meriti sit: nō tamē pos
sit bn̄dicere nisi fuerit ordinat⁹: vt officij
ministeriū exhibeat: dei aūt est effectū tri
buere benedictiōis. Hinc euidenter ostē-
ditur ordinē nō priuari ptāte tribuendi
grām ob ministri indignitatē. Huic tn̄
Augustini sententie videtur obuiare qd
ait Esiti⁹: Sacerdotes inqt nō ppria vir
tute benedicūt: ꝫ q2 figurā christi gerūt:
et propter eum qui in ipsis est plenitudi-
nem benedictionis tribuūt: nec solū is q̄
sacerdotiū sortitus est: ꝫ quicūq̧ christū
in seipso habet ⁊ ei⁹ figuram gerit: p con
uersationē bonā sicut Moyses: idone⁹
est vt bn̄dictionē p̄stet. Ecce h habes q̧
nō solū sacerdos ꝫ omis in q̄ xps habitat
bn̄dictionē p̄stat. Sz alia est benedictio
que solis sacerdotib⁹ congruit. alia q̄ ab
omnibus bonis communiter exhibetur.
Deniq̧ illi sacerdotes in quib⁹ christus

Q oēs sacerdotes habeāt ptātē ligādi ⁊ soluendi confirmat.
Matth. xvj.
Q etiā p indignos trāsfunditur grā diuinis.
Aug. in lib. qōnū veteris ac noui testamēti. d' illo qd habet' Numeri. vj. ⁊ ponit. j. q. j. ca. Dictum est.
Ioh. xj.
Esitius super Leuitico.

habitat benedictiōis plenitudinē tribue
re dicunt: nō q2 soli illi trāsfundāt grām:
sed q2 illi soli licite ⁊ digne id agunt: nec
sbditos mala vita sacerdotis ledit si bona
faciūt q̄ ille dicit. Vn̄ Grego. Multi dū j. q. j.
plus vitam sacerdotum q̄ suam discuti-
unt: in erroris foueā dilabunt: min⁹ cō-
siderātes q̧ nō eos vita sacerdotum lede
ret: si humiliter bonis sacerdotū admoni
tionibus aurem accomodarent.

De h qd scptū ē i malachia Maledicā bn̄dictionib⁹ vr̄is. D

Premisse vo sen-
tētie q̄ d2 etiā p mali sacerdotis ministe-
riū trāsfundi grām bn̄dictiōis videt ob-
uiare qd dn̄s p malachiā pphetā mal' sa
cerdotib⁹ cōminat. Maledicā bn̄dictio Malachie. ij.
nib⁹ vr̄is. Et alibi. Ve his qui viuificāt Ezech. xiij.
animas q̄ nō viuūt: ⁊ mortificant aīas q̄
nō moriunt. Si em̄ maledicit dn̄s bn̄di-
ctionibus eo⁊: ⁊ si aīe q̄s viuificāt nō vi-
uūt: quō per eos grā benedictionis trans
fundit? Sed illud capitulū Maledicā
⁊c. q̄dā referunt ad hereticos: q̄ ab eccle-
sia p̄cisi sunt: ⁊ ad excōicatos quo⁊ bene
dictiones fiūt maledictiōes: his q̄ eorum
sequuntr errores. Illud vero alterum .s.
viuificant ⁊c. sup omēs illos sacerdotes
exponūt: q̄ absq̧ claue sciētie ⁊ forma bo
ne vite presumūt ligare vel soluere. Sed
nullus officio sacerdotis vti debet: nisi im
munis sit ab illis que i alijs iudicat: alio- Roma. ij.
quin seipsum condemnat.

Qualis d2 esse iudex eccliastic⁹. E

Qualem aūt opor-
teat esse q̄ alio⁊ iudex cōstituit: Aug. de Aug. de pe. di. vj. ca. j. q. si per totum.
scribit ita dicens: Sacerdos cui omis of-
fertur peccator an̄ quē statuit oīs lāguor
in nullo co⁊ sit iudicādus que in alio iu-
dicare est pmptus. Iudicans em̄ alium
qui est iudicādus: pdemnat seipsum. Co Roma. ij.
gnoscat ergo se et purget in se quod alios
videt sibi offerre: caueat vt a se proiece-
rit q̄cq̄d i alio dānosū reperit. Animad-
uertat: q̧ qui sine pctō est: prim⁹ in illam Ioh. viij.
lapidem mittat. Ideo enim liberauit pec
catricem: quia nō erat qui iuste pijceret
lapidem. Quō lapidaret qui se lapidādū
cognosceret? Nullus enim erat sine pec-
cato: in quo intelligitur omnes fuisse re-
os. Nam venialia remittebantur p ceri-
monias. Si quod ergo i eis peccatū erat

Nota. nã veni
alia hic dicit ꝛ
crimĩalia ſm
legẽ. vt venia
lia putabãt q̃
ꝑ cerimõialia
dimittebãt ſi
ne morte vel
mutilatiõe cri
mialia q̃ mor
tẽ vł mutilati
onẽ īferebãt.

criminale erat. In hoc ergo patẽtiſſimuȝ
eſt crimen ſacerdotũ eſſe deteſtabile: qui
nõ pri⁹ ſe iudicãt añq̃ alios alligant. Ca
ueat ſpũalis iudex ſic nõ cõmiſit crimen
nequicie: ita ñ careat munere ſcie. Opor
tet vt ſciat cognoſcere q̃cquid debeat iu
dicare. Iudiciaria eñ poteſtas h̃ poſtu
lat vt qđ debet iudicare diſcernat. Dili
gẽs g̊ inueſtigator ſapienter interroget a
peccatore qđ forſitan ignorat vel verecũ
dia velit occultare. Cognito vo crimine
varietates eius nõ dubitet inueſtigare:
et locum et tempus et cetera que ſupra di
ximus: quibus cognitis aſſit beniuolus:
paratus erigere et ſecũ onus portare: ha
beat dulcedinem in affectione: diſcretio
nem in varietate: doceat pſeuerantiã: ca
ueat ne corruat: ne iuſte perdat iudiciari
am ptãtem. Et ſi eni penitẽtia poſſit ei ac
quirere gratiã: non tamen mox reſtituit
in poteſtatem primã. Et ſi petrus poſt la
pſum reſtitutus fuerit et ſepe lapſis ſacer
dotibus reddita ſit dignitatis poteſtas:
nõ tamen eſt neceſſe vt omnibus cõceda
tur q̃ſi ex autoritate. Inuenit̃ autoritas
que concedit et quaſi imperat. Inuenit̃
autoritas alia que non concedit: ſed ve
tat: que ſcripture non repugnãt ſed ꝯcor
dant. Cum enim tot ſunt qui labuntur vt
priſtinam dignitatẽ ex autoritate defen
dant: ꝛ quaſi vſum peccãdi ſibi faciãt: re
cidenda eſt ſpes iſta. Si vero loc⁹ ẽ vbi
iſta nõ concurrant: reſtitui poſſunt q̃ pec
cant. Ex his ſatis ꝑpendit̃ qualis debe
at eſſe ſacerdos qui alios ligat ꝛ ſoluit: di
ſcretus ſcilicet et iuſt⁹: alioq̃n mortificat
ſepe animas que nõ moriunt̃ ꝛ viuificat
que nõ viuunt: et ita incidit in maledicti
onis iudicium. Illud aũt Malachie. ſ.
Maledicã benedictiõibus veſtris: ſiue
ſuper hereticos tãtum ꝛ excõmunicatos
ſiue ſuꝑ omẽs ſacerdotes qui vita ꝛ ſcien
tia carentes benedicere preſumũt: dictuȝ
accipiatur: ſic intelligi poteſt: maledicaȝ
benedictionibus veſtris: id eſt his que i
eis benedictionibus poſſidetis: quia fa
ciam ea cedere vobis in maledictionẽ nõ
in benedictionem: quia et ſi benedicunt
ſanctis: non hoc faciunt ex vero corde: ꝛ
ideo eorum benedictio eis vertitur i ma
ledictionem. Uel maledicã benedictioni
bus veſtris: id eſt quod a vobis benedi
citur: a me erit maledictum: quia benedi
cunt inique agentibus adulanturq̃ pec
cantibus: dummodo diuites ſint.

Malach. ij.

Iſta eſt diſtinctio. xix. hui⁹ q̃rti
libri: in qua magiſter poſtq̃ oſtẽdit poteſtatem cla
uium ſm ſe: hic conſequenter determinat quorum
ſit habere claues. Et circa hoc tria facit. Primo eñ
oſtẽdit quibus ꝛ quando claues dantur. Secundo
quomodo habẽtes claues ſe virtutibus ornare te
nentur. Tertio quorum benedictiões ſuſcipiẽtib⁹
plus ſuffragentur. Primũ quideȝ facit a principio
diſtinctionis vſq̃ ibi: Alijs autem videtur. Secũ
dũ ab inde vſq̃ ibi: ſcilicet ad quintum capitulum
qđ incipit. Ex vero hãc poteſtatẽ. Tertiũ vſq̃ ad
finem diſtin. In ſpeciali ſentẽtia magiſtri ſtat in tri
bus ꝓpoſitionibus quaꝝ prima eſt hec: Quãuis
nõ magiſter tamen omnes doctores dicũt: q̃ vtrã
q̃ clauem omnes ſacerdotes in conſecratione reci
piunt. Hanc magiſter inſinuans ꝓponit primo q̃
poſt predicta conſiderandum eſt quando ꝛ quibus
dantur claues. Et ſubdit q̃ claues dant̃ ꝑ miniſte
rium epiſcopi in ꝓmotione ſacerdotij: ſimul eñ cũ
quis recipit ordinẽ ſacerdotij recipit ꝛ claues. Po
ſtea obijcit in contrarium q̃tum ad clauem ſcientie
quam nec ſolum ſacerdotes habere vident̃: plures
enim nõ ſacerdotes ſcientiam diſcernendi habẽt ꝛ
multi ſacerdotes ea carẽt. Et reſpõdet q̃ hanc cla
uem ſcȝ que eſt ſcientia diſcernẽdi nõ omnes ſacer
dotes habẽt. Unde qui ſcientiã non habent in con
ſecratiõe hãc clauem nõ recipiũt: nõ ſacerdotes ve
ro q̃uis ſcientiam diſcernẽdi habere poſſunt: non
tamen dicũtur habere clauem: quia nõ poſſunt ea
claudere vel aperire: ſed quãdo tales ad ſacerdoti
um promouentur dicunt̃ claues diſcretiõis recipe
re: q2 añ etiã habita ſciẽtia habentur et ſic fit in eo
clauis ad claudendum vel aperiendum: ꝛ ſic ſoli ſa
cerdotes habent clauẽ. Poſtea querit de claue po
tentie. vtrum omnes ſacerdotes eam habeant. Et
ponit opinionem quorundam dicentium q̃ nõ oẽs
eam habent: ſed ſolum imitatores doctrine ſimul ꝛ
vite apoſtolice: qđ autoritatibus confirmat. Se
cunda propoſitio eſt hec: Qui vult alios ſoluere vł
ligare debet ſe virtutibus prius adornare. Hãc ma
giſter ponens narrat ſecundam opinionem de cla
ue potẽtie quam magiſter approbat: que eſt q̃ om
nes ſacerdotes eam habẽt ꝛ nõ habent eam recte
bene ꝛ digne: niſi qui doctrinam ꝛ vitaȝ apoſtolicã
ſeruant: propter quod autoritates quas prima opi
nio pro ſe inducit non negat malos ſacerdotes ha
bere clauem potentie: ſed dicunt ſolũ digne vti poſ
ſe eis qui p̃diti ſunt doctrina ꝛ vita apoſtolica. Po
ſtea approbat hanc opinioneȝ plurib⁹ autoritatib⁹
ſanctoꝝ. Tertia propoſitio eſt hec: Alia eſt bene
dictio que ſolum conuenit ſacerdotibus: ꝛ alia que
ſcȝ iuſtis exhibetur hominib⁹. Hanc eñ propoſitio
nem magiſter inſinuans obijcit cõtra predicta qua
dam autoritate qua dicere videtur q̃ omnes ſancti
viri benedicere habent: et nõ ſolum ſacerdotes: cu
ius oppoſitum predictum eſt in quadaȝ autoritate.
Et reſpõdet q̃ alia eſt benedictio que fit ex merito
ſanctitatis: que quidem benedictio omnibus homi
nibus cõgruit: ꝛ alia eſt benedictio que fit ex auto
ritate ordinis que ſolum cõpetit ſacerdotib⁹: quaȝ
ſi omnes ſacerdotes habeant: ſoli tamẽ boni ſacer
dotes dicunt̃ eam habere qui ea recte vtunt̃. Sub
dit autem q̃ mala vita ſacerdotũ ſubditos non le
dit: ſi bona faciunt que ipſe dicit. Unde etiã nõ de
bent ſubditi vitã ſacerdotis multuȝ diſcutere. Po
ſtea etiã aliter obijcit contra dicta: quia eñ domi
nus per prophetam cõminat̃ malis ſacerdotibus
q̃ maledicturus ſit benedictionibus eoruȝ: ꝛ ſpeci
aliter illis ſacerdotibus qui viuificant animas que

non viuunt ⁊ mortificāt animas que nō moriuntur. Poſtea quidem ſoluit et dicit ad hoc ſm̄ quoſdam ꝙ illa intelliguntur de ſacerdotibus preciſis ab ec cleſia vel etiā de illis ſacerdotibus qui ſine ſciētia bona vita preſumūt ſoluere et ligare. Debet enī ſa cerdos immunis eſſe ab omibus his que in alio iu dicat. Poſtea etiā occaſione huius inducit quaſdā autoritates quibus oſtenditur qualis debet eſſe ſa cerdos qui ſoluit ⁊ ligat. Debet enim ſacerdos ille eſſe iuſtus in vita ⁊ ſimiliter diſcretus in ſciētia. Ul timo quidē ponit expoſitionē illi⁹ Malachie. Ma ledicam benedictionib⁹ veſtris ſm̄ beatū Grego rium duplicem. Prima quidē eſt ꝙ benedictio ma lorum ſacerdotum eis cōuertatur in maledictionē Secunda autem eſt ꝙ multis inique agentibus be nedicunt mali ſacerdotes adulādo illis quos deus non benedicit. Et tm̄ in ſpeciali.

DI. XX De cōfeſſiōe ſa cramētali ꝙ= lii ad oportu= nitatē tpis re= ſpectu penitē tie mortalium in ſe.

De his qui in fine penitēt. a

S Ciendum eſt etiam ꝙ tempus penitētie eſt vſq₃ in extremum articulū vi te. Unde Leo Papa: Nemo ē deſperā dus dum in hoc corpore ꝯſtitutus eſt. q₂ nōnunꝙ quod diffidentia etatis differt: conſilio maturiore perficitur. Auguſti. ta men de penitentiā differentibus ita ſcri bit: Si quis poſitus in vltima neceſſitate voluerit accipe penitentiā: ⁊ ſi accipit: et mox reconciliatur ⁊ hinc vadit: fateor vo bis nō illi negamus quod petit: ſed nō ꝓ ſumimus: quia bene hinc exit. Si ſecur⁹ hinc exierit ego neſcio. Penitentiā dare poſſumus: ſecuritatē vero nō. Nunq̄d dico damnabit̄: ſ₃ nec dico liberat̄. Uis ergo a dubio liberari: age penitentiā dū ſanus es. Sic ſi cagis dico tibi q₂ ſecurus es: quia penitentiā egiſti eo tpe quo pec care potuiſti. Si vis agere penitentiā q̄n do iam peccare nō potes: peccata te dimi ſerunt: nō tu illa. Item Due res ſunt: aut ignoſcitur tibi: aut nō ignoſcit̄: quid ho rū tibi ſit futu₂ neſcio? Ergo tene certū: ⁊ dimitte incertū. Sed q̄re hoc dixit: Au guſti. cū pnīa que in fine agit̄ in pſalmo appellet̄ ſacrificiū veſpertinū: quod erat acceptabilius in lege ⁊ cū in q̄cunq₃ die inuocet̄ deus aſſit: ⁊ quacunq₃ hora inge muerit ⁊ cōuerſus fuerit peccator vita vi uet ⁊ nō moriet̄? Sed illa dixit Aug. pro pter illos qui penitētiā vſq₃ in finē vite ꝓtrahunt: et tūc nō ex dei amore vident̄ penitere: ſ₃ timore mortis quaſi ex neceſſi tate. Unde idem quaſi aperiēs quare ſupe riora dixerit ait: Nullus expectet quan do peccare nō poteſt. Arbitriū eñ liberta tem querit de⁹: vt deleri poſſint cōmiſſa:

Leo papa de pe. diſt. vij. in principio.

Aug. ibidē.

Aug⁹. de pe. di. vij. c. ſi qs autem.

Pſal. cxl. Exod. xij. Ezech. xviij.

Aug. in li. de pnīa. ⁊ habet de pe. di. vij. c. nullus expe ctet. ꝑ totū.

nō neceſſitatē ſ₃ charitatem: nō tm̄ timorē q₂ non in ſolo timore viuit hō. Que ergo ſero penitet: optet nō ſolū timere iudicē ſ₃ diligere q₂ ſine charitate nemo ſalu⁹ eē poteſt. Nō ḡ tantū timeat penam: qui pe nitet: ſ₃ anxiet̄ ꝓ glia. Que cōuerſio ſi cō tigerit alicui etiā in fine: deſperādū nō ē de eius remiſſiōe. S₃ quoniā vix vel ra ro eſt tam iuſta cōuerſio: timendū eſt de penitente ſero: maxime cū filij quos illici te dilexit ſint pñtes: vxor et mūdus ad ſe vocet. Multos ſolet ſerotina pnīa deci pere. S₃ qm̄ deus ſemꝑ potens eſt: ſemꝑ etiā in morte iuuare valet quibus placet. Cum ergo opus ſit nō homis ſed dei fru ctifera penitentia: inſpirare eā pōt quan docunq₃ vult ſua miſericordia: et remu nerare ex miſericordia: quos dānare po teſt ex iuſticia. Sed quoniam multa ſunt que impediunt et languentem retrahunt piculoſū ē ⁊ interitui vicinū ad mortē ꝓ trahere penitētie remediū. Sed magnū eſt cui deus tunc inſpirat (ſi quis eſt) ve ram penitentiā. Sed ſi etiam ſic conuer ſus vita viuat ⁊ non moriat̄: non ꝓmitti mus ꝙ euadat omnem penam. Nam pri us purgādus ē igne purgatiōis: q̄ i aliud ſeculum diſtulit fructū cōuerſionis. Hic aūt ignis ⁊ ſi eternus nō ſit: miro mō gra uis eſt: excellit eñ oēm penam quā vnꝙ paſſus ſit aliquis i hac vita. Nunꝙ i car ne tāta inuenta eſt pena l₃ mirabilia mar tyres paſſi ſint tormēta ⁊ multi nequiter quāta ſepe ſuſtinuerūt ſupplicia. Ex his ſatis oſtendit̄ ꝙ periculoſum ſit differre penitentiā vſq₃ in finē vite. Si tñ etiam tūc vera habeatur penitentia: hominem liberat: ⁊ vitā mortuo impetrat: nō ſic ta men: vt nullā ſentiat penam: niſi forte tā ta ſit vehementia gemitus ⁊ contritiōis: que ſufficiat ad delicti punitionē. Licet ergo ſit difficile vt tūc ſit vera penitētia q̄ tam ſera venit quando cruciatus mēbra ligat et dolor ſenſum opprimit vt vix ho mo aliquid cogitare valeat: melior eſt ta men ſera ꝙ nulla. Penitentia eñ ⁊ ſi i ex tremo vite hyatu aduenit: ſanat ⁊ liberat Multū ſera fuit latronis penitētia: ſ₃ nō fuit ſera indulgentia. Sed licet latro ve niam meruiſſet in fine de omni crimie: nō tamen dedit baptizatis peccādi ⁊ ꝑſeue randi autoritatem. Luce. xxiij.

De his qui hic penitētiam nō complent. b

Si vero queritur de illis q̄ in hac vita pniam nō complent vtrum trāsituri sint p ignem purgatoriū: vt ibi compleāt qđ hic minus fecerunt: idez dicimus et de istis esse sentiendum et de his qui in extremis penitent. Si eni tanta fuerit cordis contritio et delicti exprobratio: vt sufficiat ad puniendū peccatū: liberi ab aliis penis transeunt ad vitam: et si inexpleta fuerit penitentia: quia perfecte penituerunt et ingemuerunt corde. Qui vo nō adeo cōterunt corde et ingemiscunt p peccato: si an̄ expletionē penitentie discesserint: ignē purgatoriū sentient: et grauius puniunt q̄ si hic implessent penitētiā. Horrendū est em̄ incidere i manus dei viuētis. Deus em̄ cum sit misericors et iustus: ex miscđia penitēti ignoscit nō reseruās peccatū ad penā eternā. Ex iusticia vero impunitū non dimittit delictū: aut em̄ punit homo aut deus: hō aūt punit penitēdo: deus aūt penam exigendo. Et ē penitētia interior et exterior. Si ḡ interior penitudo fuerit tāta vt sit sufficiēs vlcio pcti: deus q̄ h̄ nouit ab illo q̄ taliter penitet vlterius penā nō exigit. Si vo interior penitudo nō sufficit in vindictaz pcti nec exterior pnia implet: deus q̄ modos et mensuras pctorum et penarum nouit addit penā sufficientē. Studeat ḡ quisq̄ sic delicta corrigere vt p⁹ mortē nō oporteat penam tolerare. Quedam eni peccata mortalia in penitētia fiunt venialia: nō tn̄ mox sanant. Sepe em̄ infirmus moreret si nō medicaret: nō tamen statim medicatus sanat. Languet post victurus q̄ prius erat moriturus. Qui aūt impenitēs moritur: omino morit et eternaliter cruciat. Si em̄ semper viueret semper peccaret.

Heb. x.

Aug. de vera et falsa pe. et habet de pe. di. vij.

De illo cui sacerdos indiscretus iniungit paruā penitētiā. c

cie? Si em̄ iusticia dei misericordia est: q̄
cū qꝫ sunt opera misericordie: esse videnꝭ
Responsio. iusticie et ecōuerso. His respōderi potest
sic: illis locutionibꝰ quibus hmōi operū
fiūt distinctōes: vt alia misericordie: alia
iusticie: alia bonitati attribuantur nō di-
uersitas subiacentis .i. rei his vocabulis
significate exprimiꝭ sed varietas sensuuꝫ
et effectuū in creaturis monstraꝭ. Cū em̄
dicitur deꝰ iustus vl' iusticia: essentia di-
uina predicatur: ⁊ etiā qꝫ ipse sit distribu-
tor: ⁊ iudex meritoꝝ intelligi datur. Ita
et cū dꝛ misericors: essentia diuina predi-
catur: ⁊ insuper qꝫ ipse sit miseroꝝ libera
tor intelligi daꝭ. Similiter cum dꝛ bonꝰ
essentia diuina predicaꝭ. Et cū dꝛ deus ⁊
insuper auctor oim bonoꝝ ostēdiꝭ. Ita
et cū diciꝭ deus: essentia diuina predicaꝭ
et ipse timendus ostendiꝭ. Inde ḡ q̄dam
opera misericordie quedā iusticie dicun-
tur: nō quin diuina essentia hec ⁊ illa ope
retur ⁊ q̄n hec ⁊ illa sint opa diuie eētie
que dꝛ misc̄dia ⁊ iusticia: sed qꝛ quedam
sunt quibꝰ ostēdiꝭ iudex ⁊ equꝰ distribu
tor: q̄dā quibꝰ ostēdiꝭ miserator. Mise-
ricors em̄ dꝛ i natura: miserator i exhibi-
tione: ⁊ in quibusdā opibus dꝛ effectꝰ esse
misericordie: in quibusdaꝫ effectꝰ iusticie
nō qꝫ aliud efficiat iusticia: aliud mīficor
dia dei si ad essentiā referas: ꝫ qꝛ ex q̄bus
dam effectibus intelligitur iudex: ex qui
busdā miserator. vel vt quibusdā placet
iustꝰ et misericors. Sed ꝫm h̄ occurrit
q̄stio quō ex alijs oñdaꝭ iustus ⁊ ex alijs
mīficors cū sit idē ei esse iustū ⁊ eē miseri-
cordē? Si em̄ ꝫm eādē rōem dꝛ iustꝰ ⁊ mi
sericors: ex eo ope q̄ intelligiꝭ iustꝰ intel-
ligiꝭ mīficors ⁊ ecōuerso. Sꝫ dixi supra
qꝛ cū dꝛ deꝰ iustꝰ ⁊ mīficors: ita eadeꝫ di
uina essentia significaꝭ: ⁊ ꝫm eam idē pre
dicaꝭ vt etiā quedā diuersa intelligantꝭ.
Intelligimꝰ em̄ ꝑ h̄ eū esse mīatorē ⁊ iu
Orige. super Hieremiā. ca. x. super illud Qui fecit terram in for. stū iudicē. Qd euidenꝭ Orige. oñdit di-
cēs: Oia q̄ dei sūt xp̄s est: ipe sapia eius:
ipe fortitudo: iusticia: sanctitas: ipe pru-
dētia ipe v̄itas. Sꝫ cū vnū sit in subiacē
ti ꝑ varietate sensuū: diuersis nuncupaꝭ
vocabulis. Aliud em̄ significat sapia: ali
ud iusticia. Qñ em̄ sapia dꝛ disciplinis te
diuinaꝝ hūanarūqꝫ reꝝ instruere intelli-
giꝭ. Qñ iusticia: distributor vl' iudex me
ritoꝝ insinuaꝭ. Ita ⁊ prudētia cuꝫ diciꝭ
doctor ⁊ demonstrator bonaꝝ vel mala-
rum rerū vel neutraꝝ intelligitur.

**Autoritatibus ꝓbat q̄dam iusti-
cie: alie misericordie: alia bonita
ti attribui.**

D

Quod autem quedaꝫ
opera misericordie: q̄dam iusticie: quedā
bonitati attribuanꝭ: in scripturis facile ē
repire. Et de mīficordia quidē ⁊ iusticia
manifestū est: de bonitate v̄o ⁊ misericor
dia amplꝰ latet. Sꝫ Aug. docet illa ope- Augu. super psal. cxxxv.
ra ꝓprie ad misc̄diam ꝑtinere quibus ali
qui a miseria liberanꝭ. Ad bonitateꝫ v̄o
nō solū illa: sed facturam ⁊ gubernationē
naturaliū: ita dicens: Ad misc̄diam ꝑti-
net qꝫ a pc̄tis mūdat: ⁊ de miseria liberet.
Ad bonitatē v̄o qꝫ celū ⁊ terram et omia
valde bona creauit vt essent. Idem. Celi Idē sup psal. xxxii.
nō indigent misericordia: vbi nulla ē mi
seria: in terra hominis abūdat miseria et
supabūdat dei misc̄dia. Miseria ḡ hois
⁊ misericordia dei plena est terra nō celi:
qui nō indigēt misc̄dia: indigent tamē re
gente domino. Omnia em̄ indigent dño
et misera et felicia quia sine illo miser nō
subleuaꝭ: felix nō regiꝭ. Itē alibi: Mi- Idem sup illo Scdm misericordiā tuā memento mei tu.
sericordia est erga miseros: bonitas erga
quoslibet. Interdū tamen misc̄dia large
accipitur vt bonitas.

**Quō vniuerse vie dñi dicanꝭ mi
sericordia et veritas.**

e

Post hec conside-
rari oportet: ex q̄ sensu vniuerse vie domi
ni dicanꝭ misc̄dia ⁊ veritas. Hoc m̄ltipli Psal. xxiiij.
cem recipit expositioneꝫ. Uniuerse enim
vie dñi misericordia et v̄itas quibus ad
nos venit: vt ait Aug. sup psal. intelligū
tur duo aduētus. Primus in quo mani-
festam ⁊ mutiplicē misericordiam nobis
exhibuit: ⁊ scōs in q̄ requirendo merita
iusticiam exhibebit. Uniuerse etiam vie
dñi .i. quibus ad dñm ascendimus sunt
iusticia qua a malo declinamus ⁊ miseri-
cordia qua bonū facimus. In his em̄ du
obus omne bonū meritum includiꝭ. Sꝫ
cū superiꝰ Cassiod. dixerit in his duobꝰ
oīa opera dei includi merito queri pōt:
an in oīni opere domini hec duo mutuo
sibi iungātur? Quibusdam placuit nō in
oīni opere dñi hec duo concurrere ꝫm ef
fectum dico nam ꝫm essentiam nō diuidi
tur misericordia a iusticia: ꝫ vnū est. Ue

rum ſm effectum nō in omi opere dñi di-
cūt eſſe miſericordiam ꝛ iuſticiā ſ in qui-
buſdam fatētur tm̄ miſcdiam: i aliis iuſti
ciam: atq; in aliis miſcdiā et iuſticiā. Fa-
tent tñ dñm oia que fecit miſericorditer
agere ꝛ iuſte: referētes rationem dicti ad
dei voluntatē que iuſticia eſt ꝛ miſericor
dia nō ad effectus miſericordie et iuſticie
qui ſunt in rebus. Aliis aūt videtur ꝙ ſic
dicit deus omnia opera ſua iuſte facere
ꝛ miſericorditer: ita cōcedendū ſit in omi
opere dei iuſticiam eſſe ꝛ miſericordiam
id eſt clemētiam ſm effectum vel ſignum
quia nullum opus dei eſt in quo nō ſit ef-
fectus vel ſignū equitatis ꝛ clementie ſi-
ue occulte ſiue aperte. Aliqñ eñ manife-
ſta eſt clementia ſiue benignitas ꝛ occul-
ta equitas: aliquando econuerſo.

Iſta ē diſtictio. xlvj. hui⁹ quar-
ti libri: in qua mgr̄ poſtꝗ ſuperius determinauit d
remuneratiōe ꝛ punitione aiaꝝ añ iudiciū ꝛ reſur-
rectionē: hic determinat de diuina iuſticia ꝛ miſeri
cordia, quib⁹ p̄dicta diſpenſant. Et ſnia hui⁹ diſtin
ctiōis i ſpēali ſtat in iſta ꝓpoſitiōe: In premiatio
ne damnatorum hominū ꝛ angeloꝝ iuſticiam ꝛ mi-
ſericordiā ſeruat creator eorū. Hanc mgr̄ inſinuās
querit. vtrū circa damnatos ſit aliqua dei miſcdia.
Et arguit ſm quoſdā ꝙ non ꝑ plures autoritates.
Poſtea obiicit ꝑ quaſdā autoritates ꝛ ꝓbat penaſ
damnatoꝝ nunꝗ̄ eſſe finiendas. Poſtea ſoluit di-
cens ꝙ circa damnatos eſt aliqua dei miſericordia
in pene impoſitiōe ꝛ mitigatione nō tm̄ penit⁹ in ab
ſolutiōe vel occulta pctōꝝ reuocatiōe ſicut contin-
git in pñti. Et ex hoc pñt ſolui autoritates in cōtra
riū adducte q̄ nō oīno miſcdiam dei a damnatis ex
cludūt. Addit etiā q̄d ꝑ occultū dei iudiciū itelliga
tur. qñq; eñ itelligit pena q̄ aliis exercitat ad pur
gationē vel mouet ad ꝯuerſionē vel ſi ꝯtemnit exce
cat ad damnationē: qñq; intelligit dei diſpoſitio de
oñib⁹ rebus: qñq; ꝟo finalis ſnia q̄ in futuro ma-
los a bonis ſeparabit. Poſtea q̄rit cū dei miſcdia
et iuſticia idē ſint qualiter q̄dam opa attribuuntur
miſericordie ꝛ alia iuſticie. Et rñdet ꝙ h̄ eſt ꝓpter
diuerſitatē ꝯnotatoꝝ vel diuerſaꝝ de deo ꝯceptio
nū ꝓpter quā etiā diuerſitatē aliq̄ diuine bonitati
attribuūt aliq̄ miſcdie. bonitas eñ reſpicit gratui-
tā dei donationē. miſcdia ꝟo a malo liberationem.
Poſtea q̄rit quō itelligendū ſit ꝙ vniuerſe vie dñi
ſunt miſcdia ꝛ ꝟitas. Et rñdet q: hoc ideo d: ꝙ cū
ſit duplex aduent⁹ dei: vnus miſcdiam alius iuſtici
am reſpicit. vel hoc ꝓ tāto d: q: ad deū imus ma-
la declinādo ꝑ iuſticiā. bona opa faciendo ꝑ miſeri-
cordiam: ꝛ ſic vniuerſe vie dñi miſcdia ꝛ veritas q̄-
bus ad deū imus. Ultimo q̄rit vtꝝ in omni ope dei
miſcdia ꝛ veritas includant. Et rñdet ſm quoſdā
ꝙ nō ſm effectū: ſed ꝙ in q̄buſdā ſit tm̄ miſcdia ꝛ in
quibuſdā tm̄ iuſticia: in q̄buſdā miſcdia ꝛ iuſticia ſi
mul. Dicūt tñ in omi ope di ꝯtineri ambo ſm eſſen-
tiā: q: vna ꝛ eadem volūtas dei eſt iuſticia ꝛ miſeri
cordia. Alii ꝟo dicūt ꝙ etiā ſm effectū vel ſignum
in omi ope dei ꝯcurrunt ſil' miſcdia ꝛ iuſticia. ita ꝙ
nullū op⁹ dei ſit i q̄ nō ſit effect⁹ vel ſignū equitatis
ꝛ miſcdie ſiue occulte ſiue apte. Et tm̄ in ſpēali.

De ſententia iudicii. a

DI. XLVII
De iudicio extremo q̄tū ad modū ſm quē dabitur.

Olet etiā q̄ri qualiter dabit iudicii ſentētia
Sed nō eſt ꝑſpicuū id explica
re. Nō eñ ſcriptura apte diffinit an voce
illa ꝓferant. Uenite benedicti ꝛ Ite ma
ledicti: an ꝟtute iudicis ita fiet cōſciētiis
ſinguloꝝ atteſtātib⁹. vt mō dicit futurū
vt iudicis potētie effectus: ipſius dictiōe
ſignificet. Illa etiā. Eſuriui et non dedi
ſtis mihi mādūcare: ꝛ huiuſmodi magis
cōſciētiis exp̄mēda plurimi putāt ꝗ ver-
bis: quia apoſtolus in momēto et in ictu
oculi myſteriū cōſumandū tradit. Sed il
lud ad reſurrectionis ſtatum tm̄ referunt
nō ad iudiciū: qui alii iudicii ſniam ꝛ ma
loꝝ increpationes ꝛ bonoꝝ premia ver-
bis exprimenda aſſerunt.

Matth. xxv. Ibidem. j. Cor. xv.

Q iudicabūt ſancti et quō. b

Non autē ſolus
xp̄s iudicabit: ſ ꝛ ſancti cū eo iudicabūt
natiōes. Ipſe eñ aplis ait: Sedebitis et
vos ſup duodeci ſedes iudicātes duode-
cim trib⁹ iſrl'. Nec ē putādū ꝙ duodecim
aplis tm̄ h̄ ꝓmiſerit xp̄s. Ubi eñ ſedebit
paulus q̄ plus omib⁹ laborauit ſi nō ibi
ſedebūt niſi. xii. Per duodecim g̊ ſedes
ꝑfectio tribunalis. i. vniuerſitas iudicā-
tiū intelligit. ſ. omes ꝑfecti q̄ relictis omi
bus ſecuti ſunt xp̄m. Per duodecim tri-
bus vniuerſitas iudicādoꝝ. Judicabūt
ꝟo eos ſancti nō mō coopatiōe: ſ etiā au
toritate ꝛ ptāte. Unde. Gladii ancipites
in manib⁹ eorum. i. ſnia de bonis ꝛ malis
in poteſtate eorū. Si ꝟo querit que erit
eorum poteſtas vel autoritas in iudican-
do? Puto non ante ſciri ꝗ videatur: niſi
diuina reuelatione quis didicerit.

Sap. iii. Matth. xix. De duodecim ſedibus. j. Cor. xv. Matth. xix. Marci. x. Pſal. cxlix.

De ordinibus eorum qui iudi
candi erunt. c

Erunt autē quat-
tuor ordines in iudicio. Due quippe ſūt
partes: electoꝝ. ſ. ꝛ reproborū. vt Greg.
in moralib⁹ ait: Sed bini ordines eiſdem
ſingulis partibus cōtinent. Alii eñ iudi
cant et pereūt: alii nō iudicant ꝛ pereūt.
Alii iudicant et regnāt: alii nō iudicātur
et regnāt. Judicant ꝛ pereūt quib⁹ dñi-
ca inclamatiōe dicet: Eſuriui ꝛ nō dedi-
ſtis mihi man. ꝛc. Nō iudicant ꝛ pereūt
q̄b⁹ dñs ait: Qui nō credit iam iudicat⁹
eſt. Eoꝝ eñ dānatio toti eccleſie nota eſt

Grego. ſuper Job. li. xxvj. Matth. xxv. Joh. iij.

et certa: et ideo dicunt tunc nō iudicari: q: ad cōspectū districti iudicis cū aperta damnatiōe sue infidelitatis accedēt. Qui
Jacobi.ij. vō pfessionē fidei sine operib⁹ habēt iudicabunt ꝛ pibūt .i. redarguent vt peāt. Qui vō nec fidei sacramēta tenuerūt: increpationē iudicis in se fieri nō audient. q: infidelitatis sue tenebris piudicati: ei⁹ quem despexerāt inuectiōe redargui nō merent. Illi aūt saltē vba iudicis audiēt qui eius fidē saltem verbo tenuerūt. Illi aūt in damnatione sua eterni iudicis nec verba percipiēt: qui eius reuerentiā nec verbotenus seruare voluerūt et ideo illi iudicādi: sz isti nō iudicandi dicunt. Ex electoꝝ vero parte alij iudicant ꝛ regnāt scz q̄ vite maculas lachrymis tergūt: ꝛ elemosynarum superinductione operiūt: q̄bus iudex veniēs in dextera consistentibus dicet. Esuriui et dedi. mi. man. Alij
Matth. xxv. aūt nō iudicantur ꝛ regnāt: qui etiā precepta legis pfectiōis virtute transcēdūt: quia nō hoc solū quod lex precipit implere cōtenti sunt: sed et qd ad perfectionem consulitur implere studēt. De quib⁹ pro
Esaie. iij. pheta ait: Dns ad iudiciū veniet cum senatoribus populi sui. Et Salomon d ec-
Prouerb. vlt. clesie sponso loquēs ait: Nobilis in portis vir eius quādo sederit cuz senatorib⁹
Job. xxxvj. terre. Et Job ait: Non saluat impios et pauperibus iudicium tribuit. Hij ergo recte sub generali iudicio nō tenentur: s iudices veniūt: quia et p̄cepta generalia viuendo vicerūt: et omnib⁹ relictis xp̄m secuti sunt. Recte pauperib⁹ iudiciū tribuit: qui quāto huic mūdo magna humilitate despecti sunt: tanto tunc maiori culmine ptātis excrescēt. De talibus dicit:
Apocal. iij. Qui vicerit dabo ei sedere mecū in throno meo: sicut ꝛ ego vici ꝛ sedi cu p̄re meo
Gregorius. in throno ei⁹. Vincēs dn̄s cū patre i throno sedit: quia post passionis certamen et resurrectionis palmā q patri esset equalis: omnib⁹ claruit. Nobis vero in throno filij sedere: est ex eiusdez filij potestate iudicare. Quia enim iudicandi p̄ncipatū ex eius vtute percipimus: quasi in throno eius residem⁹. Ex his apparet q etiā perfectiores sancti cū xp̄o iudicabunt potestate: et quare quidam dicuntur iudicādi alij non iudicandi.

De ordine iudicij ꝛ ministerio angelorum. D

Cū aūt in euangelio legat: q dn̄s mittet angelos suos qui colligent de regno eius omnia scādala: ꝛ mittēt iniquos in caminum ignis. Et itē Exibūt angeli et sepabunt malos de medio iustorū et mittēt eos in caminū ignis. Matth. xiij.
Et item: Mittet angelos suos cū tuba ꝛ congregabunt electos a quattuor ventis Matth. xxiiij
Et propheta dic: Cōgregate illi sanctos eius. Ministerio angelorum illa impleri dubitandum nō est. Domino enim veniente ad iudiciuz precedet ante cū ignis quo comburetur facies mundi huius: et peribit celum et terra: non s̄m substantiā sed s̄m speciem que immutabitur: celum quidez aereum nō ethereum: Tantū eīn ascendet ignis in iudicio q̄tum ascenderunt aque in diluuio. Ille aūt ignis malis qui reperti fuerint viui: erit consumptio. bonis vō nō. vt ait Aug⁹. Hoc erit incendium mūdi sanctis: quod fuit caminus tribus pueris. In quibus si aliquid purgandum fuerit per illum ignem purgabitur. Alijs vō nullam ingeret molestiam. Purgato vero per ignem mundo et ad iudicium veniente domino emittet vox illa magna qua resurgent omēs mortui: et tunc ministerio angelorum vētilabitur area: quia boni congregabūtur ibi de quattuor partibus mūdi angelico ministerio: quo et rapientur obuiaz christo in aera: reprobis in terra quam dilexerūt remanentibus. Et tunc preconia illa bonorum (Esuriui et dedistis mihi manducare: ꝛ increpationes ille malorum: Esuriui et nō dedistis mihi man. ꝛc̄) proferētur vel sono vocali vel alio modo. Deniq p̄feret snīa sup vtrosq. Venite bn̄dicti: et Ite maledicti ꝛc̄. Et ministerio angeloꝝ vtute dei cooperāte mittent mali in caminū ignis: hoc est in infernū.

Psal. xlix.
Gen. j.
Aug. de ciui. dei. li. xx. ca. xviij.
Marci. iij. Luce. iij.
j. Thessal. iiij.
Matth. xxv.
Matth. xiij.

Post iudiciū demones preerūt hominibus ad puniendū. C

Et solet queri vtrꝫ in inferno malis ad puniēdū p̄sint demones post iudiciū: q̄s carnifices tortoresq animaꝝ scptura appellat. Apl's dic: q xp̄s tūc euacuabit oēz p̄ncipatū ꝛ ptātē ꝛ vtutē. Dū eīn durat mūdus: angeli angel: demones demonib⁹: hoies hoib⁹ presunt. Sz oib⁹ collectis: iā ois platio cessabit. j. Cor. xv.

Hinc quidā putāt post iudiciū demōes nō hr̄e ptātē cruciandi hoies sic mō: s vt demones vtute dei cruciari sine creature

ministerio asserunt sic reprobos hoies ibi
nō p opationē demonū: ꝫ ꝟtute diuia tā-
tū eternis subijci cruciatibꝰ. Premissa tñ
auctoritas nō id cogit sentire: q̄ ꝛ si asserat
tūc nec demones demonibꝰ nec hoies ho
minibus preesse: nō diffinit tñ an demōes
presint hoibus ad torquēdū: vñ q̄busdaȝ
videt̄ eos sic ꝯstare hoibꝰ tortores in pe-
na sicut extiterūt incentores in culpa.

Ista ē distictio. xlvij. huiꝰ quar
ti libri: in qua magister postꝙ̄ dictū est de remune
ratione ꝛ punitōe p̄cedēte iudiciū generale. Hic de
terminat de ipso iudicio ꝛ ptinētibꝰ ad ipm. Et tria
facit. Primo em̄ agit de mō iudicij ꝛ assessoribꝰ. Se
cundo de angelis iudicādos ad iudiciū ꝯgregātibꝰ
Tertio de demonibus dānatos punientibꝰ. Primū
vsq̄ ibi: Nō sūt solus xp̄s. Scd̄m vsq̄ ibi: Et solet
queri. Tertiū vero vsq̄ ad fi. distinc. In spāli snīa
mgr̄i stat in tribus ꝓpositiōibꝰ quarū prima est hec:
In extremo iudicio vniuersitas pfectoꝝ iudicabit
collegiū reproboꝝ. Hanc mgr̄ insinuās ꝓponit pri-
mo ꝙ q̄daȝ ponūt iudiciū nō voce vel scriptura p̄te
rēdū qꝛ apl's dicit illud fieri ī ictu oculi: sȝ diuīa vir
tute attestantibus ꝯsciētijs singuloꝝ qua pena vel
quo premio digni sint. Alij vero cōtrariū ponūt et
verba pmissa apl'i de resurrectiōis statu ꝛ nō de iu
dicio ītelligūt. Postea dic̄ ꝙ nō solū xp̄s iudicabit
sȝ vniuersitas pfectoꝝ cū eo q̄ p duodecim sedes in
telligunt̄ vt p duodecim tribꝰ isrl' vniuersitas iudi-
cādoꝝ designet̄. Judicabūt aūt scti nō solū coopa-
tiōe sȝ etiā auctoritate ꝛ ptāte: q̄ tñ sit illa eoꝝ ptās
in iudicādo: anteꝙ̄ videat̄ sciri nō pōt: nisi q̄s ꝫ di
uina reuelatiōe didicerit. Postea dic̄ ꝙ q̄ttuor erūt
ordines in iudicio. Alij em̄ iudicant̄ ꝛ peūt: alij ꝟo
nō iudicant̄ ꝛ peūt. Alij ꝟo iudicant̄ ꝛ saluant̄. alij
nō iudicant̄ ꝛ saluant̄ sicut p exēpla declarat. Se
cunda ꝓpositio est hec: Ministerio angeloꝝ cōgre-
gabunt̄ ad iudiciū exercitꝰ iudicandoꝝ. Hanc mgr̄
ponēs ostēdit q̄d angeli faciāt: ꝛ dicit ꝙ eoꝝ mini-
sterio ꝯgregabunt̄ oēs ad iudiciū quoꝝ ministerio
ignis ꝯflagratiōis p̄cedet q̄ ꝯburet̄ facies vniuer-
si. s. huius mūdi: ꝛ tm̄ ascēdet ꝙ̄tū ascēderūt aq̄ in
diluuio: purgato aūt p ignem mūdo diuina virtute
ꝛ angeloꝝ ministerio resurgent boni ꝛ angeloꝝ mi
nisterio rapient̄ obuiā xp̄o in aera. Reprobi vero in
terra quā dilexerūt remanebūt. Postea sequet̄ iu-
diciū districtū ꝛ vltimū: ꝛ vltia snīa iudicis ꝓferet̄
qua ꝓlata iusti ibunt ad vitā eternā. Mali ꝟo an-
geloꝝ ministerio virtute dei coopante mittent̄ in in-
fernū. Tertia ꝓpositio est hec: Reprobi damnati
p extremū iudiciū punient̄ in inferno ministerio de
monū. Hāc mgr̄ ponēs querit. Utrū hoies post iu
diciū puniant̄ in inferno virtute demonū. Et rñdet
ꝫm Isid'. ꝙ non: qꝛ post iudiciū cessabit oīs p̄latio.
Alij vero dicunt ꝙ q̄ fuerūt incētores in culpa erūt
tortores in pena. Et tm̄ in spāli ꝛc̄.

DI. XL VIII — De forma iudicis. a

Ulet etiā q̄ri
i qua forma xp̄s iudicabit. In
forma vtiq̄ ꝫui iudicabit: q̄ oi
bus i iudicio appebit vt videāt mali i quē
pupugerunt. Diuinitatē vero eius mali
non videbunt. Unde Esaias: Tollat̄ im
pius ne videat gloriam dei. Humanitatē
videbunt vt timeāt: diuinitatē vero nō:
ne gaudeāt. Diuinitas enim sine gaudio
videri non potest.

De forma & p̄tāte iudicis.

Esaie. xxvj. ꝫm. lxx.

Q̄ appebit tūc in forma serui. b

Sȝ cum in forma
humana constat eū appariturū: queritur
an in forma illa gloriosa appareat sicut ve
re est: an in forma qualis in passiōe extitit
Quidam putant a malis talē videri qua/
lem crucifixerunt: id est infirmaȝ: quia di-
cit scriptura vt videāt in quē pupugerūt. *Zach. xij.*
Sed aperte Aug. dicit formam serui glo/
rificatam a bonis ꝛ a malis tūc videri sic.
Cum in forma serui glorificata iudicantē
viderint boni et mali: tolletur impius vt
nō videat claritatē dei que deus est: quā
soli mundo corde videbunt: qđ erit eis vi
ta eterna. Forma ergo humana i xp̄o glo
rificata videbitur a cūctis: vnde ꝛ xp̄s di
citur iudicaturus: quia filius hominis est
Ita enim legitur in euangelio Johannis
ꝛ potestatem dedit ei iudicium facere: qꝛ
filius hominis est. Non ꝙ ipse ex virtute
hominis sit iudicaturus vel ꝙ ipse solus
sine patre ꝛ spiritusancto iudiciū sit factu-
rus: sed quia ipse solus in forma serui iudi
cans bonis ꝛ malis videbitur. Cum ergo
pater non iudicat quemꝙ̄ sed omnē pote
statem dedit filio: non ita est intelligendū
quasi filius solus iudicet ꝛ non pater ꝫ qꝛ
forma filij humana cunctis in iudicio ap-
parebit: non in forma infima sed gloriosa.
Judicabit autem ex virtute diuinitatꝭ nō
sine p̄re ꝛ spiritussancto: ꝛ apparebit ter-
ribilis impijs: ꝛ mitis iustis. Erit em̄ ter-
ror malis ꝛ lumen iustis.

Augu. super Johannem et de tri. li. j. ca. xvj. ꝛ. xvij. sententialiter.

Quare xp̄s dr̄ iudicaturꝰ. Joh. v.

Joh. v.

Quare ꝫm formā serui dr̄ christꝰ
suscitaturus corpa. c

Et sicut dicit̄ xp̄s
ꝫm formaȝ serui iudicaturus propter cau
sam premissam: ita etiam dicitur suscitatu
rus corpa mortuorum ꝫm humanitatem
cum tamen virtute diuinitatis sit suscita-
turus: nō humanitatis. Sȝ hac rōne illō
dicit̄: qꝛ in humanitate suscepit qđ ē cau-
sa nostre resurrectiōis: id est passionē ꝛ re
surrectionē. Ideo ei ascribitur ꝫm hoiem
suscitatio mortuorum. Uñ August. Per
verbum filium dei fit animarum resurre-
ctio. Per verbum factum in carne filium
hominis fit corporū resurrectio. Itē. Ju-

Augu. super Johannē.

dicat τ suscitat corpa non pater: ſ3 filiꝰ ſm
dispēsationē3 humanitatis in qua minoꝛ
patre est xp̄s: in eo ꝙ est filius dei est vita
que viuificat animas: in eo ꝙ est filiꝰ ho-
minis: iudex. Ecce ſm formam humani-
tatis dicitur suscitaturus corpa τ iudica-
turus. Judicaturꝰ aūt quia illa forma cū-
ctis in iudicio apparebit: τ suscitaturꝰ q̄a
in eadem forma meritū τ causam resurre-
ctionis nostre suscepit. Et quia ſm eādē
formam vocem dabit qua mortui de mo-
numentis resurgent et procedent Scd̄m
ꝙ deus est: viuificat animas nō pr̄ tantū
q2 non tm̄ pater vita est: sed τ filius cū eo
τ spūssctūs eadem vita est que pertinet ad
anima3 non ad corpus. Corpus enim nō
sentit vitam sapientie: sed anima que illu-
minatur a lumine eterno. Licet ergo cri-
stus potētia diuinitatis viuificet animas
τ suscitet corpora τ iudicet: non ociose tm̄
τ preter rationem ei ſm formā dei tribui-
tur viuificatio animarum τ ſm formā ser
ui iudicium τ resuscitatio corporum.

De loco iudicij. D

Putant quidā do
minum descensuru3 in vallem Josaphat
in iudicio: eo ꝙ ip̄e p Johelem prophetā
Johel.iij. sic loquitur: Cōgregabo oēs gētes: τ de-
ducam eas in vallem Josaphat: τ discē-
ptabo ibi cum eis. In cuiꝰ capituli expo-
sitione ita reperi: Hoc q̄dam pueriliter in
telligunt ꝙ in valle que est in latere mon-
tis oliueti descensurus sit dominus ad iu-
dicium: quod friuolum est: quia nō in ter
ra: sed in spacio huius aeris sedebit cōtra
locum mōtis oliueti ex quo ascendit: τ si-
Joh. Chrys. cut Johannes Chrysostomus dicit: An-
geli deferent ante eum signum crucis: vn̄
Matth.xxiiij. in euangelio veritas dicit: Et tunc appa-
rebit signū filij hoīs τc̄. Josaphat autem
interpretatur iudicium domini. In vallē
ergo Josaphat: id est iudicij domini con-
gregabūtur omnes impij. Justi vero nō
descendent in vallem iudicij .i. damnatio
j.Thessa.iiij. nem sed in nubibus eleuabuntur obuiam
christo.

De qualitate luminarium τ tem
poris post iudicium. E

Veniente aūt ad
Luce.xxj. iudiciū domino in fortitudine τ potestate
Matth.xxiiij. magna: sol τ luna dicuntur obscurari: nō
Luce.xxj. sui luminis priuatione: sed superueniente
maioris lūminis claritatē. Virtutes quo
q3 celorum: id est angeli dicuntur moueri
non metu damnationis vel aliqua pertur
batione pauoris: sed quadā admiratione
eorum que viderint. Unde Job: Colum Job.xxvj.
ne celi pauent aduentu3 eius. Ante diem
vero iudicij sol τ luna eclipsim patient: si
cut Johel testat dicēs: Sol conuertetur Johel.ij.τ.iij.
in tenebras τ luna in sanguine3 anteq̄3 ve
niat dies dn̄i magnus τ horribilis. Ma-
gnus vero dicitur propt magna que ibi fi
ent. Cum autem factum fuerit celū nouū Esa.lxv.
τ terra noua: tūc erit lux lune sicut lux so-
lis: testante Esaia: τ lux solis septemplici Esaie.xxx.
ter: id est sicut lux septem dierum: q2 q̄tū
luxit sol in prima cōditione septem dieru3
ante peccatum primi hominis: tantum lu
cebit post iudicium. Minorata enim fuit
lux solis τ lune aliorum q3 siderum p pec-
catum primi hominis: sed tūc recipiet sol
mercede3 sui laboris: quia septempliciter
lucebit τ tunc nō erit vicissitudo diei τ no
ctis: sed tantum dies. Unde Zacharias. Zach.xiiij.
Et erit dies vna que nota est domino: nō
dies neq3 nox: τ in tp̄e vespere erit lux q2
tūc non erit varietas diei τ noctis q̄ mo-
do est: sed continua dies τ lux. Esaias ta-
men videtur dicere ꝙ tunc non luceat sol
vel luna loquens congregationi sanctoꝝ.
Non erit ibi inquit amplius sol ad lucen- Esaie.lx.
dum per diem: nec splēdor lune illumina-
bit te: sed erit tibi dominꝰ in lucem sempi-
ternam. Sed his verbis non negat solē τ
luna3 tūc lucere: sed significat his qui tūc
erunt in eterna beatitudine: nullum lucis
vsum prestare: quia vt ait Hiero. sup eū- Hiero.li.x.
dem locum. Celi τ terre solis atq3 lune no
bis cessabit officiū τ erit ipse dominus lu-
men suis in perpetuū. Potest etiam intel
ligi illud Esaie ea ratiōe dictum: quia sol
τ luna tunc non habebunt ortum τ occa-
sum sicut nunc: vnde Isid. illud Esaie q̄- Isid. de ordine creaturarū .i. c.v.
si exponēs ait: Post iudicium sol laboris
sui mercedem suscipiet. Unde propheta.
Lucebit septempliciter τ nō veniet ad oc Esaie.xxx.
casum nec sol nec luna: sed in ordine quo
creati sunt stabūt: ne impij in tormētis sb
terra positi fruant luce eoꝝ. Unde Aba-
cuc. Sol τ luna steterūt in ordine suo. Ec Abacuc.iij.
ce aperte dicit solē τ lunā tunc lucere: sed
stabiliter permanere: vbi etiam significat
infernum esse sub terra. Si vero queritur
quis sit vsus lucis solis τ lune tunc? Fa-
teor me ignorare quia in scripturis nō me
mini me legisse.

Jsta ē distinctio. xlviij. hui⁹ q̄r ti libri: in qua magister postꝙ̄ ostensum est quomodo fiet iudicium generale quantum ad moduȝ iudicij ⁊ ministros iudicis: hic agit de eo quātum ad ꝑsonam iudicis. Et tria facit. Primo enim ostēdit in qua forma xp̄s ad iudicium veniēs apparebit. Secundo subdit locum vbi iudicabit. Tertio annectit quomodo corporibus celestibus post iudiciū maiorem claritatem dabit. Primum vsqȝ ibi: Putāt q̄dā. Scd̄m vsqȝ ibi: Uenīēte aūt ad iudicium. Tertiū vsqȝ ad finē dis. Jn spāli sn̄ia magistri stat in tribus propositionibus quarum prima est hec: Christus apparens in forma humana iudicabit viuos ⁊ mortuos virtute diuina. Hanc magister insinuans proponit primo christum ſm formam hominis iudicaturum esse: q: deitas a malis videri non potest. Postea dicit ꝙ iudicabit in forma hominis gloriosa in qua deus a bonis ⁊ a malis videbitur. Addit autem ꝙ iudicabit virtute diuinitatis. vnde quod dicitur in Johan. ꝙ pater dedit potestatem filio iudicium facere quia filius hominis est: non est tantū intelligendum ꝙ ex virtute humanitatis sit iudicaturus: vel ꝙ ipse solus sine patre ⁊ spiritusancto iudicium sit facturus: sed quia ipse solus in forma serui iudicans a bonis ⁊ a malis videbit̄: ſm quē etiā modū intelligēdum est ꝙ pater nō iudicabit queꝙ̄ sed omne iudiciū dedit filio. Addit etiā ꝙ xp̄s apparebit terribilis impijs: iustis autem mitis. Erit enim terror malis ⁊ lumen iustis. Postea declarat per simile quod dixerat sicut enim ſm formaȝ serui christus dicitur iudicaturus propter dictaȝ causam virtute quidem diuinitatis: ita etiam virtute diuinitatis ⁊ non humanitatis resuscitabit mortuos: tamen ſm formam humanam sibi suscitatio mortuorum attribuitur: quia in ea meritum ⁊ causam nostre resurrectionis: sicut ⁊ etiam redemptionis accepit: ⁊ passionem ⁊ resurrectionem: quod auctoritatibus confirmat. Secūda propositio est hec: Ut dicit Johel propheta vallis Josaphat est locus extremi iudicij. Hanc magister insinuans ponit auctoritatē Johel. ij. c. vbi Johel dicit. Judicabit christus in valle Josaphat quia in spacio illius aeris sedebit: vel quia ad litteram cum multis ibi disceptabit in iudicio. Ponit etiaȝ effectum iudicis. quia eo veniente in fortitudine magna ⁊ potestate ad iudiciū sol ⁊ luna dicuntur obscurari non propter sui luminis priuationeȝ sed propter claritatē iudicis superuenientem. Dicuntur etiam virtutes celorum id est angelorum moueri ex āmiratione visorum non metu damnationis nec perturbatiōe pauoris. Postea dicit: ꝙ ante diem iudicij ad litteram stelle obscurabuntur ⁊ eclipsim patientur vt ostendit auctoritate Johelis dicentis. Sol conuertetur in tenebras ⁊ luna in sanguinem anteꝙ̄ veniet dies domini magna ⁊ horribilis. Tertia propositio ē hec: Celi luminaria facta in mundi innouatione erunt ꝙ̄ nūc sunt lucidiora. Hanc insinuās dicit ꝙ post iudiciū facta innouatione mundi huius luminaria maioreȝ claritatem recipient: quod auctoritate Esaie probat. Tertio videlicet erit lux lune sicut lux solis ⁊ lux solis septempliciter. Si enim omnia propter peccatuȝ hominis deteriora sunt: ita post reparationē eius oīa meliorabuntur: ⁊ si que auctoritates videntur dicere solem ⁊ lunam cessare intelligendum est quantū ad motum vel quia beati eorum lumine non indigebunt. Quis tamen tunc futurus sit vsus solis ⁊ lune dicit se ignorare: potest tamen dici probabiliter ꝙ est in decorem ⁊ perfectionem vniuersi ⁊ in manifestationem laudis. Et tm̄ in spāli.

De differentia mansionum in celo ⁊ inferno. a

DI. XLIX
De statu ⁊ conditiōe bonoꝝ post iudicium.
Aug. in ench. lxxix. vel. xic.

Post resurrectionem vero: facto vniuerso impletoꝙ̄ iudicio: suos fines habebunt ciuitates due: vna xp̄i alia diaboli: vna bonoꝝ: altera maloruȝ: vtraqȝ tamen angelorum ⁊ hominum. Jstis voluntas: illis facultas non poterit esse peccandi vel vlla conditio moriendi. Jstis in eterna vita feliciter viuentibus: illis infeliciter in eterna morte sine moriendi potestate durantibus: qm̄ vtriqȝ sine fine. Sȝ in beatitudine isti: alius alio prestabilius in miseria vero illi: alius alio tolerabilius permanebūt. Ex his apparet ꝙ sicut boni differenter glorificabuntur: alij magis: alij minus ita ⁊ mali differenter in inferno punientur. Sic enim in domo patris. i. in regno celorum mansiones multe sunt id ē premiorum differētie: ita ⁊ in gehenna diuerse sunt mansiones. i. suppliciorum differentie. Omnes tamen eternam penā patientur sicut omnes electi eundem habebunt denarium quē paterfamilias dedit omnibus qui operati sunt in vinea. Nomine denarij aliquid omnibus electis cōmune intelligitur scilicȝ vita eterna: deus ipse quo omnes fruentur: sed impariter. Nam sicut erit differēs clarificatio corporum: ita differens gloria erit animarum. Stella eīm a stella: id est electus ab electo differt in claritate mentis ⁊ corporis. Alij enim alijs vicinius clariusqȝ dei speciem contemplabuntur: ⁊ ipsa contemplandi differentia diuersitas mansionum vocat̄. Domus ergo est vna: id est denarius est vnus sed diuersitas est ibi mansionuȝ: id est differentia claritatis: quia vnum est ⁊ summum bonum beatitudo ⁊ vita omnium id est deus ipse. Hoc bono omnes electi perfruētur sed alij alijs plenius. Perfruentur autem videndo per speciem nō per speculum in enigmate. Habere ergo vitam est videre vitam: id est cognoscere deum in specie. Unde veritas ait in euangelio: Hec est vita eterna vt cognoscant te verum deum ⁊ quē misisti Jesum christum esse vnum ⁊ solum veruȝ deum hoc est habere vitam: id est cognoscere te nō est ipsa cognitio que tu es: sed per cognitionem habere bonum quod tu es: id est vita.

Joh. xiiij.
Joh. Chrys.
Matth. xx.
j. Cor. xv.
Matth. xx.
j. Cor. xiij.
Joh. xvij.

Si oēs hoīes volūt esse beati. b

Solet etiā queri

de btitudine vtrū eam omnes velint ⁊ sciant que sit vera beatitudo? De h Aug. in xiij. li. de tri. ita disserit: Mirum est cū capescende retinendeq₃ beatitudinis voluntas vna sit omniuz: vnde tanta existat de ipsa beatitudine rursus diuersitas voluntatum: non φ eam aliquis nolit: sed φ nō omnes eam norint. Si enim eā omnes noscerent: nō ab aliis putaretur esse in virtute animi: ab aliis i voluptate corporis: ab aliis atq₃ aliis alibi atq₃ alibi. Quō ergo omnes amant qđ nō omnes sciūt? Quis potest amare quod nescit: sicut supra disputaui? Cur ergo beatitudo amaṫ ab omnibus: nec tamen scitur ab omnibus? An forte sciūt omnes que ipsa sit: sed non oēs sciunt vbi sit: ⁊ inde contentio est? An forte falsum est qđ pro vero posuimus beate viuere omnes homines velle? Si eñ btē viuere est (verbi grā) ẜm animi virtutem viuere: quomodo beate viuere vult qui hoc non vult? Nōne verius diximus hō ille nō vult beate viuere: quia nō vult ẜm virtutē viuere: qđ solum ē beate viuere? Non ergo omnes beate viuere volūt: immo pauci hoc volunt: si nō est beate viuere nisi ẜm virtutem animi viuere qđ multi nolunt. Ita ne falsum erit vnde nec ipe Cicero dubitauit? Ait eñ: Bti certe oēs esse volumus? Absit vt hoc falsum esse dicamus. Quid ḡ? An dicēdum est etiam si nihil aliđ sit btē viuere φ̄ ẜm virtutē animi viuere: tñ ⁊ qui hoc nō vult: btē viuere vult? Nimis quidē hoc videṫ absurdū. Tale eñ est ac si dicamus: q̄ non vult btē viuere: beate vult viuere. Istā repugnātiam quis audeat? quis ferat? ⁊ tñ ad hāc contrudit necessitas: si ⁊ oēs beate viuere velle verum est: ⁊ nō oēs volunt sic viuere: quō solum viuiṫ beate. An illud ab his angustiis poterit nos eruere: si dicamus nihil eē btē viuere nisi viuere ẜm delectationem suā: ⁊ ideo falsum non esse φ omnes beate viuere velint: q: omnes ita volunt vt quemq₃ delectat? Sed id q̄dez falsum est. Velle eñ quod non deceat: est esse miserrimum. Nec tam miseruz est nō adipisci qđ velis φ̄ adipisci velle qđ non oporteat. Quis ita cec⁹ sit vt dicat aliquē ideo beatum: q: viuit vt vult: cum profecto ⁊ si miser esset: minus tamen esset si nihil eorum que perperam voluisset habere potuisset? Mala eñ volūtate vel sola miser quisq₃ efficitur: sed miserior cum desiderium male voluntatis impletur. Quapropter: qm̄ verum est φ omnes homies esse beati velint. idq₃ ardentissimo amore appetant: ⁊ propter hoc cetera quecunq₃ appetant: nec quisq₃ potest amare qđ omnino quid vel quale sit nescit: nec potest nescire quid sit quod se velle scit: seq̄tur vt omnes beatam vitam sciant. Omnes autem beati habēt quod volunt: φ̄uis non omnes qui habent quod volunt continuo sint beati. Continuo autem miseri sunt qui vel non habent quod volunt vel id habent quod non recte volunt. Beatus ergo nō ē nisi qui ⁊ habet oīa q̄ vult ⁊ nihil vult male. Ille quippe beate viuit qui viuit vt vult: nec male aliquid vult: Cum ergo ex his duobus cōstet beata vita: licet in malis sit aliquis bonus: non tamē nisi finitis omnibus malis est beatus. Cum ergo ex hac vita: qui in his miseriis fidelis ⁊ bonus est venerit ad beatam vitam: tunc erit vere qđ nūc nullo modo eē potest vt sic homo viuat quomodo vult. Non enim ibi volet male viuere: aut volet aliquid quod deerit: aut deerit aliquid quod voluerit: quicquid amabiṫ aderit: nec desiderabitur qđ non aderit. Et omne quod ibi erit bonum erit: ⁊ sūmus de⁹ summuz bonum erit: et quod est omnino beatissimum: ita semper fore certum erit. Beatos autem esse se velle omnium hominum est: beatos se esse velle omnes in corde suo vident: nec tamen omnium est fides qua ad beatitudinem puenitur.

[Margin: Aug. in li. xiij de trini. — Augu. xv. de tri. c. vlti. — Idē Cicero — Augu. li. xiij. c. v. de trini. — Quis sit btūs]

Si q̄d de deo cognoscit aliq̄s qđ ibi nō intelligāt oēs. c

Solet etiā queri

vtrū aliq̄d de deo cognoscat aliq̄s magis meritus vt Petrus: qđ nō cognoscat aliq̄s min⁹ merit⁹ vt Lin⁹? Plurib⁹ videṫ φ oīa de deo ad btitudinē spectantia oēs cōiter electi cognoscāt: sed differēter. Nihil enim in đo noscibile maius digniusq₃ videtur φ̄ eū intelligere trinum ⁊ vnum. Hoc aūt omnes tunc p spēm cognoscēt. Unde sequitur vt non sit aliq̄d beatitudini pertinens incognitū alicui btōꝝ. Oēs ergo cūcta illa videbūt quoꝝ cognitio ẜuit beatitudini ẜ in mō videndi different. Alius enim alio magis: alius alio minus fulgebit.

[Margin: j. Cor. xv.]

De paritate gaudij. d

Solet etiā queri an in gaudio dispares sint: sicut in claritate cognitiōis differūt? De h Aug. ait. Multe mansiones in vno domo erūt. s. varie p̄mioꝝ dignitates: ſ ubi de⁹ erit oia in omibus: erit etiā i dispari claritate par gaudium vt qd̄ hēbunt singuli: cōe sit omib⁹ q2 etiam gloria capitis oim erit ꝑ vinculum charitatis. Ex his daṫ itelligi ꝙ par gaudium oēs hēbūt: ⁊ si disparem cognitiōis claritatē: q2 ꝑ charitatē q̄ i singulis erit ꝑfecta tm̄ q̄sq3 gaudebit de bono alteri⁹ q̄ꝫtū gauderet si in seipso haberet. S3 si par erit cūctoꝝ gaudiū: videṫ ꝙ par sit oium beatitudo: qd̄ ꝯstat oino nō esse. Ad qd̄ dici pōt ꝙ btitudo par esset si ita esset par gaudiū vt etiā par esset cognitio: ſ q2 hoc nō erit: nō faciet paritas gaudij paritatē btitudinis. Pōt etiā sic accipi par gaudiū vt nō referaṫ paritas ad intēsionē affectionis gaudētiū: ſ ad vniuresitatē rerū de q̄b⁹ gaudebiṫ: q2 de oi re vn̄ gaudebit vn⁹ gaudebūt oēs.

Aug. in li. de ci. dei.

Si maior sit beatitudo sanctorū post iudicium. e

Post hoc queri solet si beatitudo sctōꝝ maior sit futura post iudiciū q̄ꝫ iterim? Sine omi scrupulo credendum est eos habituros maiorē gloriā post iudiciū q̄ꝫ añ: q2 ⁊ mai⁹ erit gaudiū eoꝝ: vt supra testat⁹ est Augu. ⁊ amplior erit eoꝝ cognitio. Vn̄ Hiero. Peracto iudicio ampliorē gliam sue claritatis de⁹ demonstrabit electis. Si quē mouet q̄d op⁹ sit spiritib⁹ defunctoꝝ corpa sua in resurrectione recipe: si eis potest sine corpibus sūma beatitudo preberi: difficilis q̄stio ē: nec pōt a nobis perfecte diffiniri Sed tm̄ dubium non est ⁊ raptam a carnis sensibus hominis mentem: ⁊ post mortē ipsa carne deposita non sic videre posse incōmutabilem substātiam: id est deum: sicut sancti angeli vident: siue alia latētiori causa: siue ideo quia inest ei naturalis quidā appetitus corpus administrandi: quo retardatur quodammodo ne tota intentione pergāt in illud summum celum: donec ille appetitus conquiescat. Porro si tale sit corpus cuius sit difficilis ⁊ grauis administratio sicut hec caro que corrumpitur multomagis auertitur mēs ab illa visione sūmi celi. Proide cū hoc corp⁹ iam nō aiale ſ spūale recepit eq̄ta angelis habebit pfectū nature sue modū obedīēs ⁊ iperās viuificata: ⁊ viuificās tā ieffabili facilitate: vt sit ei glie qd̄ fuit sarcine.

Hiero. super Osee. vj. vel viij. sup illud Viuifica. nos post tres dies

Au. sup Gen. xij.

j. Cor. xv.

Ista ē distinctio. xlix. hui⁹ quarti libri: in qua magister postq̄ꝫ ōnsum est de ꝑtinentibus ad iudiciū generale: hic ꝯñr agit ꝺ finali remuneratiōe bonoꝝ. Et circa hoc tria facit. Primo em̄ distinguit remunerādoꝝ. s. bonoꝝ ⁊ maloꝝ meritū Scd̄o q̄dē subdit quō omnib⁹ inest btitudinis desideriū. Tertio etiā ꝯñr ānectit nō oēs equaliter habere btitudinis p̄miū. Primū vsq3 ibi: Solet etiam queri. Scd̄m vsq3 ibi: Sed si par erit cūctoꝝ. Tertiū vsq3 ad finē dist. In spāli sñia mgr̄i stat in trib⁹ ꝓpositionibus quarū prima est hec: Vt ciuitas bonoꝝ post iudiciū cōsumanda est in gloria: ita malorum in miseria. Hanc mgr̄ insinuās dicit post iudiciū ciuitatē bonoꝝ ꝯsūmādā esse in gratia: ciuitatē maloꝝ in pena. Que tm̄ pena ⁊ gloria diuersimode a diuersis participanṫ. Scd̄a ꝓpositio est hec: Cōstat oēm hoiem naturaliṫ petere btitudinē. Hanc mgr̄ ponēs querit. Quō sit intelligēdum ꝙ oēs appetūt btitudinē: cū nō omnes cognoscūt beatitudinē mirū est quō eam appetunt. Et videtur respondere magister: ꝙ omnes sciunt q̄ sit beatitudinis ratio nesciunt tamen vbi talis ratio inueniatur. Subdit ꝙ non sit vera beatitudinis ratio habere quod delectat sed habere qd̄ homo vult ⁊ nihil mali velle: qd̄ auctoritatibus ꝓbat. Querit postea. Vtrū inter bonos vnus alio in deo plura recognoscat: et respondet ꝙ non saltem de ꝑtinentibus ad beatitudinem sed in modo cognoscēdi est differētia. Tertia ꝓpositio est hec: In regno celorum non est oino equalis beatitudo electoꝝ. Hanc mgr̄ pones querit. Vtrū differenter deum videntiū equale sit gaudium. Et rñdet ꝺm quosdā ꝙ sic. nō tm̄ erit beatitudo equalis que non solum in gaudio s3 etiā in cognitione cōsistit: ꝺm alios vero equale est gaudiū quo ad omnia de quibus gaudēdū est: non tamen quo ad modum gaudendi: nec quo ad intentionē affectionum gaudentium. Postea dicit ꝙ sine dubio beatitudo sanctorum post iudicium maior erit q̄ꝫ ante: quia maius est gaudium ⁊ pfectior erit cognitio. Et tm̄ in speciali.

Si mali in inferno peccabūt. a

DI. L De statu ⁊ cōditiōe dānatorum ⁊ maloꝝ post iudiciū: q̄tū ad rōnē ⁊ voluntatē.

b Hic orit questio ex premissis ducens originē Supra em̄ Aug. loquēs de malis in inferno dānatis: ⁊ bonis in celo glorificatis: dixit: ꝙ nec bonis voluntas: nec malis facultas eē peccādi poterit. Et de bonis q̄dē ꝯstat: ſ de malis a q̄b⁹ volūtatē malā nō remouet q̄riṫ: quomodo sit verū eos non posse peccare: imo quomodo verū sit eos nō peccare cū malā habeant volūtatē? Quidam autumant illā voluntatem nō esse peccatū: sed supplicium tm̄. Alij vo pctm̄ esse fatētur sed per illud eos nō mereri aliquā penam: q2 nō est ibi locus merendi. Illud ergo peccatum dicunt non esse meritum supplicij ſ supplici

Soluit ꝺm diuersos.

Aug. in li. de fide ad petrũ. um mali meriti quod in hac vita precessit. De hoc autẽ Augustinus ita dicit. Tempus acquirendi vitam eternaz in hac tñ vita deus hominib⁹ dedit vbi voluit etiã penitẽtiam esse fructuosam: ideo hic penitẽtia fructuosa ẽ: qꝛ potest ħ homo deposita nequitia bene viuere: ꝛ mutata volũtate merita simul opera ꝗ mutare: ꝛ ea gerere que deo placeant. Qđ qui in hac vita nõ fecerit: habebit quidem penitentiã in futuro seculo de malis suis: ꝟ indulgẽtiam in ꝯspectu dñi nõ iueniet: qꝛ ꝛ si erit stimulus penitudinis: tamẽ nulla erit ibi correctio volũtatis. A talibus eñ ita culpabitur iniquitas sua: vt nullaten⁹ ab eis possit vel diligi vl' desiderari iusticia. Voluntas eñ eorũ talis erit vt habeat sp in se malignitatis sue supplicium nũꝗ tñ recipere possit bonitatis affectum. Quia sicut illi q̃ cum xp̃o regnabunt nullas in se male voluntatis reliquias habebũt: ita illi qui erũt in supplicio eterni ignis cũ diabolo ꝛ angelis eius deputati: sicut nullaz habebunt vlterius requiẽ sic bonam nullatenus poterunt habere voluntatez. Et sicut coheredib⁹ xp̃i dabitur ꝑfectio gratie ad eternam gloriã: ita cõsortibus diaboli cumulabit ipa malignitas penã: quãdo exterioribus deputati tenebris: nullo illustrabuntur interiori lumine veritatis. Matth. xxv. Ex his apparet reprobos in inferno penitentiam sic gesturos: vt ꝑ eam prauam voluntatẽ nõ deserant: ꝛ illa maligna voluntas erit eis ad cumuluz pene: per quã tamen non merebuntur: quia nullus meretur nisi in hac vita.

Quare dicuntur tenebre exteriores. b

Hic q̃ri põt quare ille tenebre quib⁹ inuoluẽtur mali i gehẽna dicũtur tenebre exteriores? Quia tũc mali penit⁹ extra lucẽ corꝑalẽ ꝛ spiritualẽ scz deũ erunt. Nũc eñ ꝛ si patiantur tenebras in cecitate mentis: non tamen penit⁹ extra lucem dei sunt nec corꝑali luce priuantur. De hoc Aug. sic ait: Ira dei ꝛ in iudicio erit: ꝛ hic est in cecitate mentis cũ danẽ mali in reprobum sensum. Ibi exteriores tenebre erunt: qꝛ tunc peccatores penit⁹ erũt extra deũ. Quid est eñ penit⁹ esse extra deũ nisi esse in sũma cecitate. Si quidẽ habitat deus lucem inaccessibilem. Hec aũt tenebre hic iam incipiunt in peccãte cum ab interiori dei luce secluditur: sed nõ penitus dũ in hac vita est. Ecce q̃re ibi peccator dicitur pati exteriores tenebras ꝛ nõ hic: qꝛ ibi secludetur penit⁹ a luce dei qđ nõ hic. Sed quõ intelligẽda est illa seclusio? An qꝛ nõ videbũt deũ ꝑ speciem? Sed nec aliquis videt hic deum ꝑ speciez: an per dissimilitudinem quã facit peccatum inter deum ꝛ hominez? Sed ꝛ hic multi ꝑ grauia peccata elongantur a deo. An quia deum odiũt ita vt velint eũ non esse? Sed ꝛ hic multi deum oderunt: de quib⁹ scriptuz est: Supbia eorꝫ qui te oderunt ascẽdit semper. Que est ergo illa elongatio? Sane exteriores tenebre intelligi possunt q̃daz malignitas odij ꝛ voluntatis que tunc excrescet in mentibus reproborꝫ: ꝛ quedã obliuio dei: qꝛ tormẽtorꝫ interiorꝫ ꝛ exteriorꝫ doloribus adeo afficienẽ ꝛ turbabunẽ: vt ab illis ad cogitandũ aliq̃d de deo vix vel raro vel nũꝗ mentẽ reuocent. Ut q̃ nimio ꝑmunẽ pondere: adeo stupescũt ꝛ turbanẽ: vt iterim in aliã cogitationẽ nõ se extẽdãt: ꝟ illuc tẽdit ipet⁹ cogitatiõis vbi sentiẽ vis dolorꝭ. Sed in hac vita null⁹ adeo mal⁹ ẽ: vt penitus secludaẽ a cogitatione dei: qꝛ nec ꝑdit appetitũ btitudinis ꝛ q̃ndã boni amorem quẽ naturaliter habet ratiõalis creatura. Illas aũt exteriores ꝛ ꝓfũdissimas tenebras reprobos ꝑpessuros post iudicium dicit Aug. opponẽs de illo diuite q̃ in inferno posit⁹ eleuãs oculos vidit Abraã ꝛ in sinu ei⁹ Lazarũ: cui⁹ cõpatiõe coact⁹ est ꝯfiteri mala sua vsꝗ adeo vt ꝛ frẽs roget ab his ꝑmoneri: qđ añ iudiciũ fctm̃ legit: ꝟ p⁹ iudiciũ i ꝓfũdiorib⁹ tenebrꝭ erũt impij: vbi nullam dei lucem videbunt cui confiteantur.

Ps. lxxiij.

Luce. xvj.

Aug. sup ps. vj. sup illa verba Turbatus est a furo. ocu. meus.

j. Timoth. vj.

De animabus damnatorum: si quam habent noticiam eorum que hic fiunt. c

Preterea q̃ri solet si reproborum anime q̃ nũc in inferno cruciantur noticiã habeant eorum que circa suos in hac vita gerunẽ: ꝛ si aliquo modo doleãt super infortunijs suorum carorꝫ? Hanc questionem Augu. commemorat ex parte eam explicans: ex parte vero insolutaz relinquens: ait eñ: Queret aliq̃s an vllus dolor tãgat mortuos de his que in suis post mortem contingunt vel quõ ea que circa nos agunẽ nouerint spũs de

Aug. sup ps. cviij.

functorum? Cui respondeo magnam esse questionē nec in presenti differendaz. Ve
Luce.xvj. runtamen breuiter dici potest: q̄ est cura mortuis de suis caris: vt de diuite legit̃ q̄ dum tormēta apud inferos pateret̃: leuauit oculos ad Abraam: ꝛ inter alia dixit. Habeo enim quinq̄ fratres mitte aliquē ex mortuis vt testet̃ illis ne ꝛ ipsi veniant in hunc locum tormentoꝝ. Habent enim mortui curam de viuis quos sciunt viuere q̄ꝛ nec in locis penarum videt eos: vbi diues sine fratribus erat: nec in requie beatoꝝ vbi Lazarum ꝛ Abraā c̄suis longe agnoscebat. Nō tamen ideo ꝯsequēs est eos scire que circa caros suos agūtur: hic vel leta vel tristia.

Quō accipiēda sūt q̄ de Lazaro ꝛ diuite leguntur. d

Si quis aūt q̄rat quō intelligat̃ qđ de Lazaro ꝛ diuite legi
Augu. super Gen.li.viij. tur? Audiat Augustini r̄n̄sum dicentis. Si quis putat animas corpe exutas locis corpalib᷒ cōtineri cū sint sine corpe nō deerunt qui faueāt ꝛ diuitē sitientem in loco corpali fuisse contēdāt: ipsamq̄ aīam corporeā prepasse linguaz: ꝛ stillā de Lazari digito cupiȷ̄sse. Sed meli᷒ est dubitare de occultis: q̄ꝫ litigare de incertis: diuitez in supplicio pauperē in refrigerio esse nō dubito. Sed quō itelligat̃ diuitis lingua: digitus Lazari: flāma inferni: sinus Abrae ꝛ hmōi: vix a mansuetis ꝛ cōtentiosis nūquā inuenitur.

Si se vident boni ꝛ mali. e

Solet etiaz queri vtrū vicissim se videant illi qui sunt in inferno ꝛ illi q̄ sūt in gloria? Sicut sancti tradūt ꝛ boni malos: ꝛ mali bonos vidēt vsq̄ ad iudiciū. Post iudiciū vo boni vide
Grego. super Lucam. xvj. i gl. sup illō Fa. quē aūt omſ. xl. bunt malos: ſ nō mali bonos. Vñ Greg. Infideles in imo positi an̄ diē iudicij fideles super se in requie attēdunt quoꝝ gaudia post cōteplari non possunt.

De chaos iter bonos ꝛ malos. f

Sz cū scti malos in tormentis videant: nōne aliqua cōpassi
Luce.xvj. one erga eos mouent̃: nōne eos de tormētis liberari cupiūt? Recole illud euāgelicum qđ Abraā diuiti r̄n̄dit. Inter nos et vos chaos magnū firmatū ē vt hi q̄ volūt hinc trāsire ad vos nō p̄n̄t: neq̄ indē huc transmeare. Quid ē illud chaos inter bonos ꝛ malos: nisi hinc iusticia: īde iniquitas q̄ nullatenus sociari valent. Adeo em̄ sancti dei iusticie addicti sunt vt nulla cōpassione ad reprobos trāsire valeāt: nulla p eis inter sctōs fiat intercessio. Quō ḡ inde volūt aliq̄ trāsire ad illos ſ nō p̄n̄t? Q̄ꝛ si dei iusticia admitteret: nō fieret eis molesta liberatio eoꝝ. Vel ita dicunt̃ velle ꝛ nō posse: nō q̄ꝛ velint ꝛ nō possint: ſ q̄ꝛ et si vellent nō possent eos iuuare. De h̄ ita Grego. ait. Sicut reprobi a penis ad gl'iā sctōꝝ trāsire volūt ꝛ nō p̄n̄t: ꝛ ita iusti per misericordiā mēte ire volūt ad positos in tormēt] vt eos liberēt ſ nō p̄n̄t: q̄ꝛ iustoꝝ aīe ꝛ si in nature sue bonitate misericordiam habent: iā tūc auctoris sui iusticie coniūcte tāta rectitudine ꝯstrigunt̃: vt nulla ad reprobos cōpassione moueant̃. Grego. super Lucam.

Q̄ō visa impioꝝ pena nō minuit beatorum gloriam. g

